Solinus

Georgius Valla in Ciceronis librum de fato commentarium.

Idem in Ibin. De universitate.

Caius Crispus Salustius opera.

12-2-14

I
00347

SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

VNIVERSIDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

347

347

2 - 12 - 2 - 13

# IVLII SOLINI DE SITV ORBIS TERRARVM ET MEMORABILIBVS QVAE MVNDI AMBITV CONTINENTVR LIBER.

## PRAEFATIO. CA.I.

CVM·ET·AVRIVM·CLAEMENTIA & optimarꝫ artiū ſtudiis præſtare te cæteris ſentiā: idq; oppido exptus de beniuolentia tua nihil temere perceperī: putaui examē opuſculi huius tibi potiſſimū dare: cuius uel īduſtria promptius ſuffragiū: uel benignitas ueniam ſpondebat faciliorem. Liber eſt ad compendium præparatus: q̄tumq; ratio paſſa eſt: ita moderate repreſſus: ut nec ī eo prodiga ſit copia: nec damnoſa concinitas. Cui ſi animum propius intenderis: uelut fermentū cognitionis magis ei ineſſe: q̄ brateas eloquentiæ deprehendes. Exquiſitis.n. aliquot uoluminibus ſtuduiſſe me cōpēdio fateor: ut & a notioribus referrem pedē: & remotis largius immorarer. Locorum commemoratio plurimum tenet: ī qua parte ferme inclinatior eſt uniuerſa materies: quorū commeminiſſe ita uiſum eſt: ut inclytos terrarum ſitus & inſignes tractus maris ſeruata orbis diſtinctiōe ſuo quoq; ordine redderemus. Inſeruimus etiam pleraq; differenter congruentia: ut ſi nihil aliud ſaltem uarietas ipſa legentiū faſtidio mederetur. Inter hæc hominū & aliorū animaliū naťas expreſſius. Addita pauca de arboribus & lapidibus exoticis: de extimarum gentium formis: de ritu diſſono abditarū nationum: nonnulla etiam digna memoratu: quæ prætermittere incurioſum uidebatur: quorūq; auctoritas: quod imprimis induſtriæ tuæ inſinuatum uelim: de ſcriptoribus manat receptiſſimis. Quid.n. proprium noſtrum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

eſſe poterit:cũ nihil omiſerit antiquitatis diligentia:quod intactũ ad hoc uſq; æui pmaneat? Quapropter quæſo ne te de præſenti tẽpore libres:quãdo quidẽ ueſtigia monetæ ueteris pſecuti opiniones uniuerſas eligere maluimus potius:q̃ innouare. Itaq; ſiqua ex iſtis ſecus q̃ opto ĩ animũ tuum ueniant:des uelim infantiæ meæ ueniã. Conſtantia ueritatis penes eos eſt:quos ſecuti ſumus. Sicut ergo hi:q corporum formas æmulantur:poſtpoſitis quæ reliq̃ ſunt: ante omnia effigiant modum capitis: nec in alia membra prius lineas deſtinant:q̃ ab ipſa ut ita dixerim figurarũ arce auſpicium faciant inchoãdi:nos quoque a capite orbis: id eſt ab urbe roma principium capeſſemus:q̃uis nihil ſuper ea doctiſſimi auctores reliquerint: quod ĩ nouũ præconiũ poſſit ſuſcitari: ac pene ſuperuacaneũ ſit relegere tramitẽ decurſũ tot annalibus. Ne tamen prorſus diſſimulata ſit: originem eius quanta ualemus:proſequamur fide.

DE Origĩe urbis rõæ & tpĩbus eius & regibus. Ca.ii.

ſ Vnt qui uideri uelint romæ uocabulum ab Euandro primũ datũ:cũ oppidũ ibi extẽdiſſet:quod extructũ antea ualentiam dixerat iuuẽtus latina: ſeruataq; ſignificatione impoſiti prius nominis romã græce ualentiã nominatã. Cũ arcades habitaſſẽt ĩ excelſa pte mõtis: deriuatũ deinceps:ut tutiſſima urbiũ arces uocarentur. Heraclidi placet troia capta quoſdam ex achiuis in ea loca: ubi nunc roma eſt: deueniſſe per tyberim: deinde ſuadente Rome nobiliſſima captiuarũ:quæ his comes erat: incẽſis nauibus poſuiſſe ſedes: ſtruxiſſe mœnia: & oppidum ab ea romen uocauiſſe. Agathodes ſcribit Romen nõ captiuã fuiſſe: ut ſupradictũ ẽ: ſed Aſcanio natã: Aeneæ neptẽ appellatiõis ipſius cauſam fuiſſe. Traditur etiã ꝓpriũ romæ nomen: uerũtamen uetitum publicari:quãdo qdẽ quo minus enũtiaret̃:cerimoniarũ arcana ſanxerũt:ut hoc pacto noticiam eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium deniq;

Soranũ: ꝙ cõtra interdictũ eloq id auſus foret:ob meritũ ꝓfanæ uocis neci datũ. Inter antiquiſſimas ſane religiões ſacellũ colit̃ Angeronæ:cui ſacrificat̃ ante diẽ.xii. kalẽdarũ ianuar̃: quæ diua præſul ſilentii ipſius prænexo obſignatoq; ore ſimulacrũ habet. De tẽporibus urbis conditæ ambiguitatũ quæſtiones excitant: ꝙ quædam ibi multo ante Romulũ cõdita ſunt. Quippe arã Herculis: quã uouerat ſi amiſſas boues reperiſſet:punito Caco patri inuentori dicauit:qui Cacus habitauit locum: cui ſalme nomẽ eſt: ubi trigemina nunc porta. Hic ut Celius tradit: cũ a Tarcone tyrrheno:ad quẽ legatus uenerat:miſſo Maſſiæ regis ſocio Megale phrygiæ cuſtodiæ foret datus: fruſtratus ẽ uicula: & unde uenerat rediit: præſidiis ãplioribus occupato circa uulturnum uel campaniã regno. Dum attrectare etiã ea auderet:quæ conceſſerant ĩ arcadũ iura: duce Hercule qui tũc forte aderat oppreſſus eſt:& Megalẽ ſabini receperunt diſciplinam augurandi ab eo edocti. Suo quoque nomini Hercules inſtituit arã: quæ maxĩa apud pontifices habet̃: cum ſe ex Nicoſtrate Euãdri matre: quæ a uaticinio Carmẽtis dicta eſt: immortalẽ cõperiſſet. Conſpectum etiam intus ꝙ ritus ſacrorũ factis bouicidiis docuit boetios. Sacellum Herculis in foro boario eſt:ĩ quo argumẽta cõuiuii lætæ maieſtatis ipſius remanent. Nã diuinitus illo neque canibus neq; muſcis ingreſſus eſt. Cum.n. uiſcerationem ſacrificii litaret: Myagrum deum dicit̃ imprecatus. Clauã uero in aditu reliquiſſe: cuius olfactu refugerent canes: id uſq; nunc durat. Aedẽ etiã quæ Saturni ærarium fertur: comites eius condiderunt ĩ honorẽ Saturni: quẽ cultorem regionis illius cognouerãt extitiſſe. Item & mõtem capitolinum ſaturnium noĩauerunt. Caſtelli quoq; portã: quã excitauerant ſaturniam noĩauerunt: quæ poſtea pandata uocitata eſt. Pars autẽ infima capitolini mõtis habitaculũ Carmentæ fuit:ubi Carmentis fanum eſt: a quo carmẽtali

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

portæ nomen datum eſt. Palatiũ uero nemo dubitauerit:
quin arcades habeat auctores : a quibus primum palante-
um oppidum conditũ: quod aliquandiu aborigines habi-
tarũt : ſed ꝓpter icõmodũ uicinæ paludis quã præterfluẽs
tyberis fecerat: ꝓfecti reate poſtmodũ reliquerunt. Sũt q
uelĩt a balatibus ouiũ mutata littera : uel a Pale paſtorali
dea:aut(ut Silenus ꝓbat)a Palante Hyperborei filia: quam
Hercules ibi cõpreſſiſſe uiſus ẽ:nomẽ mõti adaptatũ. Sed
q̃q̃ iſta ſic cõgruãt:palã ẽ ꝓſpero illi augurio deberi gloriã
romani nois:maxĩe cũ annoꝝ ratio faciat cardinẽ ueritati.
Nã ut affirmat Varro auctor diligẽtiſſimus:romã cõdidit
Romulus Marte genitus & Rhea ſiluia : uel ut nonnulli
Marte & Ilia. Dictaq; eſt primũ roma q̃drata : ꝙ ad æqli-
briũ foret poſita. Ea ĩcipit a ſilua quæ eſt ĩ area Appollinis
& ad ſupciliũ ſcalaꝝ Caci habet terminũ. Ibi tuguriũ fuit
Fauſtuli:ibi Romulus mãſitauit:qui auſpicato fũdamẽta
murorum iecit duodeuigĩti natus annos.xi.kalend.maias
hora poſt ſecundã ante tertiã. Vel ſicut Lucius Tarcõtius
ꝓbat mathematicoꝝ nobiliſſimus: ioue in piſcibus ſatño
uenere marte mercurio ĩ ſcorpione:ſole ĩ tauro:luna in li-
bra cõſtitutis. Et obſeruatum deinceps: ne qua hoſtia pa-
rilibus cæderetur: ut dies iſte a ſanguine purus eſſet:cuius
ſignificationẽ de partu Iliæ tractã uolunt. Idem Romulus
regnauit annos.vii.& .xxx. De cenienſibus egit primum
triũphũ:et Acroni regi eoꝝ detraxit ſpolia: quæ Ioui fere-
trio primus ſuſpendit:et opima dixit. Rurſũ de antenna-
tibus triumphauit:de ueientibus poſtremo. Apud capreæ
paludẽ apparere deſiit q̃ntilibus nonis. Cæteri reges qbus
locis habitauerĩt: dicemus. Tatius in arce : ubi nunc ædes
eſt Iunonis monetæ: q anno quĩto q̃ ĩgreſſus urbẽ fuerat:
a laurẽtibus ĩterẽptus eſt.vii.& uiceſĩa olympiade hominẽ
exiuit. Numa ĩ mõte primũ quirinali: deide ꝓpter ædem
Veſtæ ĩ regia quæ adhuc ita appellatur : q regnauit annis

tribus & q̃dragĩta: ſepultus ſub ianiculo. Tullus Hoſtili-
us in uelia:ubi poſtea deũ penatũ ædes facta ẽ: q regna-
uit annos duos & trigĩta:obiit olympiade q̃nta & trigeſĩa.
Ancus Martius in ſũma ſacra uia:ubi ædes Larum eſt:qui
regnauit annos q̃ttuor & uiginti:obiit olympiade prima &
.xl. Tarquinius priſcus ad mugoniã portã ſupra ſũmam
nouã uiã:qui regnauit annos.vii. &.xxx. Seruius Tullus
eſquilinius ſupra cliuũ olbiũ:qui regnauit annos duos &
.xl. Tarquinius Supbus & ipſe eſquilinius ſupra cliuum
pullium ad fœcundalem lacum:qui regnauit annos.xxv.
Cincio romã duodecima olympiade placet cõditã: Pictori
octaua. Nepoti & Lutatio opiniões erãt Oſtheni & Apol-
lodoro cõprobãtibus olympiadis.vii.anno ſecundo. Põ-
ponio Attico & M. Tullio olympiadis.vii.ãno tertio. Col-
latis igitur noſtris & græcoꝝ tẽporibus inuenimus ĩcipiẽte
olympiade.vii. romã conditam anno poſt ilium captum
.cccc.xxxiii. Quippe poſt certamẽ olympiacũ:quod Her-
cules in honorẽ ataui materni Pelopis ediderat: ĩtermiſſũ
Picus filius eius inſtaurauit poſt excidiũ troiæ anno q̃dri-
gẽteſimooctauo. Ergo ab iſto numerat̃ olympias prima.
Ita ſex mediis olympiadibus ĩteriectis:quibus ſingulis ãni
quaterni ĩputant̃: cũ ſeptĩa cœptãte roma cõdita ſit: ĩter
exortũ urbis & troiã captã iure eſſe quadrĩgẽtos annos &
.xxxiii.cõſtat. Huic argumẽto id accedit : ꝙ cũ Caius Põ-
peius Gallus & Quintus Vranius urbis cõditæ anno octĩ-
genteſimoprimo fuerũt cõſules:conſulatui eoꝝ olympias
.vii.& ducẽteſima actis publicis ãnotata eſt. Quater ergo
multiplicatis.vi. & ducentis olympiadibus erũt ãni octin-
genti.xxiiii. quibus ſeptimæ olympiadis annectendus eſt
primus annus:ut in ſolidũ colligãt anni octingẽti.xxv. ex
qua ſũma detractis.xx.annis &.iiii. olympiades retro ſex
manifeſte fuerũt octĩgẽti & unus ãnus reliq. Quapropter
cũ octingenteſimo primo anno urbis cõditæ ducenteſima

VNIVERSIDAD
D'SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

olympias cõputeť:par ē romã.vii.olympiadis anno primo
credi conditã. In q̃ regnatũ ē annis ducentis.xli. Decẽuiri
creati anno.ccc.ii. Primũ punicũ bellũ anno.ccc.octogeſi/
monono: ſecundũ anno quĩgenteſio triceſio quĩto: tertiũ
ſexcenteſioq̃rto:ſociale ſexcẽteſimo ſexageſioſecundo. Ad
Hircũ & Caium Panſã cõſules anni ſexcẽti &.xl. quorum
cõſulatu Cæſar Auguſtus eſt cõſul creatus octauũdecimũ
annũ agẽs:qui prĩcipatũ ita ingreſſus ē:ut uigilãtia ipſius
non modo ſecuꝝ:ueꝝ etiã tutu ĩperiũ eſſet:quod tempus
ferme ſolũ repertũ eſt:quo plurimũ & arma ceſſauerunt:
& ingenia floruerunt : ſcilicet ne inerti iuſticia languerent
uirtutis opera bellis quieſcentibus.

DE Diuiſione anni & diebus intercalaribus. Cap.iii.

t Vnc ergo primũ curſus ãni pſpecta ratio : quæ a reꝝ
origine ꝓfunda caligine tegebať. Nã ante Auguſtũ
Cæſarẽ ĩcerto modo annũ cõputabant: qa apud ægyptios
quattuor mẽſibus terminabant:apud arcades tribus:apud
acarnanas ſex:in italia apud lauinios.xiii. quorum annus
.ccc.lxxiiii.diebus ferebať. Romani in initio annũ.x.mẽſi/
bus cõputabãt:a martio auſpicãtes adeo:ut eius die prima
de aris ueſtalibus ignẽ accẽderẽt:mutarẽt ueteribus uirides
laureas:ſenatus & populus comitia agerẽt:matronæ ſeruis
ſuis cœnas ponerẽt:ſicut ſatnalibus domini:illæ ut hono/
re prõptius obſequm ꝓuocarent:hi q̃ſi gratiã repenſarent
pfecti laboris:maxĩe qa hunc menſẽ principẽ teſtãť fuiſſe:
quiq; ab hoc quĩtus erat:quĩtilis dictus ē.deinde numero
decurrente decẽber ſolennẽ circũ finiebat intra diem trecẽ/
teſimũq̃rtum. Tunc.n.iſte numerus explebat annum:ita
ut ſex menſes trecentoꝝ dieꝝ eſſent:q̃ttuor reliqui trecẽtis
& ſingulis explicarenť. Sed quoniam ratio illa añ Numã
a lunæ curſu diſcrepat:lunari cõputatione annũ pæq̃runt
quĩq̃gĩta & uno die auctis. Vt ergo pficerent.xii.mẽſes:de
ſex menſibus ſupioribus detraxerũt dies ſingulos:eoſq;.l.

iſtis & uno annexerũt:factiq;.lvii. diuiſi ſũt ĩ duos mẽſes:
quoꝝ alter.xxix.alter.xxviii.dies cõtinebat. Sic annus ha/
bere.v.atq;.l.trecentos dies cœpit. Poſtmodũ cũ pſpicerẽt
temere annũ diuiſũ ĩtra dies quos ſupra diximus : qñqdẽ
appareret ſolis meatũ nõ ante trecẽteſimumqntum diem
abundãte ĩſuper q̃drãtis particula zodiacũ cõficere decur/
ſum:quadrantẽ illũ & decẽ dies addiderunt:ut ad liquidũ
annus diebus trecentis.lxv.cõſtaret & quadrãte : hortante
obſeruatione ĩparis numeri:quẽ Pythagoras monuit præ/
poni ĩ omnibus oportere. Vnde ꝓpter dies ĩpares dus ſu/
peris ianuarius dicať & martius:ꝓpter pares februarius q̃ſi
abominoſus inferis deputať. Cũ itaq; hæc diffinitio toto
orbe placuiſſet:cuſtodiendi quadrãtis gratia a diuerſis gẽ/
tibus uarie ĩtercalabať:nec tñ unq̃ ad liquidũ fiebat tẽpoꝝ
adæq̃tio. Græci ergo ſingulis annis.xi.dies & quadrantem
detrahebant : eoſq; octies multiplicatos ĩ annum nouum
reſeruabãt:ut cõtractus nonagenarius numerus in menſes
tres p tricenos dies fũdereť:q ãno nouo reſtituti efficiebãt
dies quadrĩgentos.xliiii. quos emboliſmos:uel hyperboli/
cas noĩabãt. Quod cum ĩ initio romani ꝓbaſſent:cõtẽpla/
tione numeri parilis offenſi neglectum breui perdiderunt:
trãſlata ĩ ſacerdotes ĩtercalandi poteſtate:qui plerũq; gra/
tificantes rationibus publicanoꝝ ꝓ libidine ſua ſubtrahe/
bãt tempora uel augebant. Cum hæc ſic forent conſtituta:
moduſq; ĩtercalãdi ĩterdũ fieret ĩminutior:ĩterdũ auctior:
uel omnino diſſimulatus præteriretť:nõnunq̃ accidebat ut
menſes qui fuerãt trãſacti hyeme: modo æſtiuum modo
auctunnale tempus ĩciderent. Itaq; Caius Cæſar uniuerſã
hãc inconſtantiã inciſa tempoꝝ turbatione cõpoſuit:& ut
certũ ſtatũ præteritus acciperet error:dies.xxi. & quadrãtẽ
ſimul intercalauit : quo pacto regradati menſes de cætero
ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Ille ergo annus
ſolus trecentos.xliiii. dies habuit. Alii deinceps trecentos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

.lx.quinos & q̄drantē. Et tum quoq; uitium admiſſum ē
p ſacerdotes. Nā cum præceptum eſſet anno q̄rto ut īter/
calarent unum diem:& oporteret cōfecto anno quarto id
obſeruari:ante q̄ quintus auſpicaret̃:illi incipiente quinto
intercalarūt nō deſinēte. Sic p annos tres &.xxx. cū nouē
dies tantūmodo ſufficere debuiſſent.xii. ſunt intercalati.
Quod deprehenſum Auguſtus reformauit:iuſſitq; annos
.xii. ſine intercalatione decurrere:ut tres illi dies qui ultra
nouenarios temere fuerant intercalati: hoc modo poſſent
repenſari:q̄ diſciplina omniū poſtea tempoꝝ fūdata ratio
eſt. Veꝝ cum hæc & multa alia Auguſti tēporibus debeāt̃:
qui pene ſine exemplo reꝝ potitus eſt:tanta & tot eius in/
ueniūt̃ aduerſa:ut nō ſit facile diſcernere calamitoſior:an
beatior fuerit. Primum ꝙ apud auunculum in petitione
magiſterii equitum prælatus eſt ei Lepidus tribunus cum
quadā auſpicantiū cœptoꝝ nota. Mox triumuiratus col/
legium prægraui poteſtate Antonii philippenſis. Inde ꝓ/
ſcriptionis īuidia:abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adop/
tionē. Deinde deſiderio eius inſignis pœnitētia:naufragia
ſicula:turpis ibi in ſpelunca occultatio:ſeditiones militum
plurimæ:peruſina cura:detectum filiæ adulterium: & uo/
luntas parricidialis. Nec minore dedecore nepus infamia
īcuſatæ de morte filioꝝ:& amiſſis liberis nō ſolū orbitatis
dolor:urbis peſtilentia:fames italiæ:bello illyrico anguſtia
rei militaris:corpus morbidum:cōtumelioſa diſſenſio pri/
uigni Neronis:uxoris etiā Tyberii cogitationes paꝝ fidæ:
atq; in hunc modum plura. Huiuſmodi tamen ſuprema
q̄ſi lugeret ſæculum penuria inſecuta eſt frugum omniū.
Ac ne fortuitum quod acciderat uideretur:iminētia mala
non dubiis ſignis apparuerunt. Nam Fauſta quædam ex
plebe partu uno edidit quattuor geminos : mares duos &
fœminas totidē: mōſtruoſa fœcunditate portēdens īdiciū
futuræ calamitatis. quālibet & Trogus auctor affirmet in

ægypto ſeptenos uno utero ſimul gigni. quod ibi minus
miꝝ cū fœtifero potu nilus nō tantum terraꝝ : ſed etiam
hominum fœcundet arua. Legimus Cneum Pōpeiū Eu/
tybidē fœminā aſia exhibitam : quā cōſtabat tricies enixā:
cū.xx.eius liberis in theatro ſuo publicaſſe. Vnde cōpetēs
hoc loco duco ſuper hominis generatione tractare.

DE Homine & partu: de prodigioſæ fortitudinis uiris:
de lapide alectorio. Cap.iiii.

e Teni cū de aīalibus quæ digna dictu uidebunt̃:ꝓut
patria cuiuſq; admonebit:ſimus notaturi:iure ab eo
potiſſimum ordiemur: quod reꝝ natura ſenſus iudicio &
rationis capacitate præpoſuit omnibus. Itaq; ut Democri/
tus phyſicus oſtendit:mulier ſolū animal menſtruale eſt:
cuius ꝓfluuia nō paruis ſpectata documentis inter mon/
ſtrifica merito numerantur. Contactæ his fruges non ger/
minabunt. Aceſcent muſta. Morientur herbæ. Amittent
arbores fœtus. Ferrum rubigo corripiet. Nigreſcent æra.
Siquid canes inde ederint:ī rabiē efferabunt̃ nocituri mor/
ſibus q̄bus lymphaticos faciūt. Parua hæc ſūt. Bitumen
quod ī iudæa aſphaltides gignit lacus:adeo lētū ē mollicie
glutinoſa:ut a ſe nequeat ſeparari. Eniuero ſi abrumpere
partē uelis:uniuerſitas ſequet̃:ſcindiq; nō poteſt:quoniā
in q̄tum ducat̃ extendit̃. Sed ubi admota fuerint cruore
illo polluta:ſponte diſcerpitur:& applicita tabe deducitur
paulo ante corpus unū:fitq; de tenacitate cōnexa cōtagiōe
partitio repentina. Habet plane id ſolum ſalutare : quod
auertit ſydus Helenæ pernicioſum nauigantibus. Cæterū
fœminæ quibus nimis eſt neceſſitas huiuſmodi:q̄diu ſunt
in ſua lege:non innocentibus oculis contuentur. Aſpectu
ſpecula uitiant ita ut hebetet̃ uiſu fulgor offeſus: & ſolitā
æmulationem uultus extinctus ſplendor amittat: facieſq;
obtuſi nitoris quadam caligine nubiletur. Mulierū aliæ
in æternum ſteriles ſunt : aliæ mutatis coniugiis exuunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſterilitatem:nonnullæ tantũ ſemel pariunt: quædam aut
fœminas aut mares ſemper. Poſt annũ quinquageſimũ
fœcunditas omnium conquieſcit. Nã ĩ annũ octogeſimũ
uiri generant. ſicuti Maſiniſſa rex Matimamium filium
ſeptuageſimũ & ſextũ annũ agens genuit. Cato octogeſio
exacto ex filia Solonis clientis ſui auum uticenſis Catonis
ꝓcreauit. Cõpertum & id eſt: ꝙ inter duos conceptus cũ
interceſſerit paululũ tẽporis: uterq; reſidet: ſicut ĩ Hercule
& Iphicle apparuit fratre eius: qui geſtati eodem onere in⁄
teruallis tamen quibus recepti nati uidentur. Et de Proco⁄
noſia ãcilla: quæ e duplici adulterio geminos edidit utrũq;
patri ſimilẽ. Hic Iphicles Ialaũ creat: q ſardiniã ingreſſus
palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus
olbia atq; alia græca oppida extruxit. Iolenſes ab eo dicti
ſepulcro eius templu addiderunt: ꝙ imitatus uirtutem
patris  nalis plurimis ſar iniam liberaſſet. Ante omnia
Sobolem cogitantibus ſternutatio cauẽda eſt poſt coitus:
ne prius ſemen excutiat impulſus repentinus: q̃ penetrali⁄
bus ſe matris inſinuet humor paternus. Quod ſi natalis
materia hæſerit: decimus a conceptu dies dolore grauidas
admonebit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo: & ca⁄
ligine uiſus hebetabitur: ciborum quoq; faſtidiis ſtomachi
claudetur cupido. Conuenit inter omnes corda prius ex
uniuerſa carne formari: eaq; ĩ diem quintũ & ſexageſimũ
creſcere: deinde minui. At ex oſſibus ſpinas. Ea propter ca⁄
pitale eſt: ſi pars alterutra noceatur. Plane ſi corpuſculũ
in marem figuratur: melior eſt color grauidis: & pronior
partitudo uteri. Denique a quadrageſimo die motus.
Alter ſexus nonageſimo primum die palpitat: & concepta
fœmina geſtantis uultum pallore inficit: cruraq; præpedit
languida tarditate. In utroque ſexu cum capilli germinãt
incommodum maius eſt: fitque plenilunĩis auctior ægri⁄
tudo: quod tempus etiam editis ſẽper nocet. Cũ ſalſiores

eſcas edit grauida: unguiculis caret partus. At cum ꝓpe
ad uterum liberandum uenerint momenta maturitatis:
enitentis ſpiritum retinere plurimum congruit: quando
quidem letali mora oſcitatio ſuſpendit puerperia. Contra
naturam eſt in pedes procedere naſcentes. Quapropter
uelut ægre parti appel antur Agrippæ. Ita editi minus ꝓ⁄
ſpere uiuunt: & de uita breui æuo decedunt. Denique in
uno Marco Agrippa fœlicitatis exemplum eſt: neq; tamen
uſq; eo inoffenſæ: ut non plura aduerſa pertulerit q̃ ſecũ⁄
da. Nanque miſera pedum ualitudine & aperto coniugis
adulterio & aliquot infœlicitatis notis præpoſteri ortus
omen luit. Fœminis proinde eſt infauſta natiuitas: ſi con⁄
cretum uirginal fuerit: quo pacto genitalia fuere Corneliæ:
quæ editis Gracchis oſtentum hoc piauit inistro exitu li⁄
berorum. Rurſus necatis matribus ortus eſt auſpicatior:
ſicut Scipio Africanus prior: qui defũcta matre: ꝙ exciſus
utero in diem uenerat: primus romanorum Cæſar dictus
eſt. E geminis ſi remanente altero alter abortiuo fluxu ex⁄
ciderit: alter qui legitime natus eſt Vopiſcus nominatur.
Quidam etiam cũ dentibus naſcuntur: ut Cn us Papirius
Carbo & M. Curio dentatus ob id nominatus. Quidam
uice dentium continui oſſis armantur ſoliditate: qualem
filium bitinorum rex Pruſias habuit. Ipſum dentiũ nu⁄
merum diſcernit qualitas ſexus: cum in uiris plures ſint:
in fœminis pauciores. Quos cinodentas uocant: & quibus
gemini prodeunt a dextra parte: fortunæ blandimenta ꝓ⁄
mittunt. quibus a læua: uerſa uice. Naſcentium uox pria
uagitus eſt. Lætitiæ eni ſenſus differtur in quadrageſimũ
diem. Itaque unum ĩuenimus eadẽ hora riſiſſe: qua erat
natus: ſcilicet Zoroaſtrem mox optimarum artium peri⁄
tiſſimum. At Craſſus auus eius: quem rapuerunt bella
parthica: quia nunq̃ riſerit Faragelaſtus cognominabatur.
Inter alia Socratis magna præclarum illud eſt: ꝙ in eodẽ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

uultus tenore etiam aduerſis interpellantibus perſtitit. Heraclytus & Diogenes cynicus nihil unq̄ de rigore animi dimiſerunt: calcatiſque turbinibus fortuitorum aduerſus omnem dolorem uel miſeriā uniformi durauere ꝓpoſito. Pomponium poetam conſularem uirum nunq̄ ructaſſe habetur inter exempla. Antonium Druſum nunq̄ ſpuiſſe percelebre ē. Nonnullos accepimus concretis oſſibus eoſq; neque ſudare cōſueſcere neque ſitire. Qualis ſyracuſanus Ligdamus: q tertia & triceſia olympiade primus ex olympico certamine pancratii coronam reportauit: cuiuſq; oſſa deprehenſa ſunt medullā non habere. Maximam uiriū ſubſtantiam neruos facere certiſſimum eſt: quantoq; fuerint denſiores: tāto propēſius augeſcere firmitatē. Varro in relatione prodigioſæ fortitudinis annotauit Tricaniū gladiatorē natura ſānitem fuiſſe: qui & rectis & trāſuerſis neruis non modo crate pectoris ſed & manibus cācellatis & brachiis omnes aduerſarios leui tactu ac pene ſecuris congreſſionibus uicerit. Eius filium militem Cnei Pōpeii pari modo natum ita ſpreuiſſe hoſtem prouocantem: ut inermi eum dextra ſuperaret: & captum digito uno in caſtra imperatoris ſui reportaret. Milonem quoque crotonienſem egiſſe omnia ſupra q̄ homo ualet. Etiam hoc proditur ꝙ ictu uno nudæ manus taurum fecit uictimā: eumque ſolus una die abſumpſit non grauatus. Sup hoc nihil dubium. Nam factum elogiū extat: Victor ille omnium certaminum obiit. Sane alectorius traditur lapis: qui cryſtallina ſpecie in modum fabæ gallinaceorum uentriculis inuenitur: aptus ut dicunt prꝫliatoribus. Milon uero Tarquinii Superbi temporibus enituit.

DE Similitudine formæ: & corporum quorundam proceritate. Cap. v.

i Am uero qui defluxum animum referat ad cauſas ſimilitudinum: quantum artificis naturæ ingeniū: deprehendet. Interdum .n. ad genus ſpectant: & p ſobolē in familiam tranſitus faciunt: ſicut plerūq; paruuli modo neruos modo cicatrices modo qualeſcunque originis ſuæ notas ferunt: ut in Lepidis: quorum tres interuulſa tamen ſerie ex eadem domo obducto membrana oculo ſimiles geniti reperiuntur. Velut in bizantio nobilis picta: qui cū matrem haberet adulterio ex æthiope cōceptā: quæ nihil patri comparandum reddidiſſet: ipſe in æthiopem auum regenerauit. Sed hoc minus mirū eſt: ſi reſpicimus ad ea: quæ ſpectata ſunt inter extraneos. Regem Antiochum Artemon quidam ex plebe ſyriaca ſic facie æmula mentiebatur: ut poſtmodū Laodice uxor regia obiecto populare iſto tandiu diſſimulauit defunctum maritum: quoad ex arbitratu eius regni ſucceſſor ordinaretur. Inter Cneum Pompeium & Cn. Vibium humili loco natum tātus error extitit de paribus liniamentis: ut romani Vibiū Pōpeii nomine: Pompeium Vibii nomine cognominarēt. Oratorem Lucium Plancum Rubrius hiſtrio ſic īpleuit: ut ipſe Plancus a populo uocaret᷑. Armentarius Myrmillo & Caſſius Seuerus orator ita ſe mutuo reddiderūt: ut ſi quādo pariter uiderentur: dinoſci non poſſent: niſi diſcrepātiā habitus indicaret. Marcus Meſſala cēſorius & Menogenes ex fæce uulgari hoc fuerunt uterq; quod ſinguli: nec aliū Meſſalam q Menogenem: nec aliū Menogenē q̄ Meſſalā putauerunt. Piſcator ex ſicilia ꝓconſuli Suræ præter alia rictu oris comparabatur: ita in eodem uocis impedimento & tarditate ſono linguæ naturalibus offendiculis congruebant. Interdum non modo inter externos: ſed etiā inter conductos ex diuerſiſſima parte orbis miraculo indiſcreti uultus fuere. Deniq; cum Antonio iam triumuiro Thoraniꝰ quidā eximios forma pueros uelut geminos trecētis ſextertiis uendidiſſet: quorum alteꝝ de tranſalpina gallia: alteꝝ ex aſia cōparauerat: adeoq; una res uideret᷑: niſi ſolū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſermo fidem panderet. Atq; ideo cū irriſum ſe Antonius
grauaret: nō īfacete Thorāius id uel præcipue quod ēptor
criminabat̃: precioſum cōprobauit. Neq;.n. miꝝ ſi forent
pares gemini: illud nullis poſſet taxationibus æſtimari : ꝙ
tātis ſpatiis diuerſitas ſepatos plus q̄ geminos cōtuliſſet.
Quo reſponſo adeo Antonius mitigatus eſt: ut deinceps
nihil ſe habere carius in ſua ſubſtantia iactaret. Nunc ſi
de ipſis hominū formis requirat̃: liquido manifeſtabitur:
nec de ſe antiquitatem mēdaciter prædicaſſe: ſed corruptā
degeneri ſucceſſione prolem noſtri tēporis per naſcentium
detrimenta decus ueteris pulchritudinis perdidiſſe. Licet
ergo pleriq; diffiniant nullū poſſe excedere longitudinem
pedū ſeptē ꝙ intra menſuram iſtam Hercules fuerit: de-
prehenſū tamen eſt romanis tēporibus ſub diuo Auguſto
Puſionem & Secundillā denos pedes & amplius habuiſſe
ꝓceritatis: quoꝝ reliquiæ adhuc in cōditorio Saluſtianoꝝ
uidentur. Poſtmodū Diuo Claudio principe Gabbaram
nomine ex arabia aduectum nouē pedū & totidē unciaꝝ.
Sed ante Auguſtum ferme annis mille nō apparuit forma
huiuſmodi: ſic nec poſt Claudiū uiſa eſt. Quis.n. iā æuo
iſto non minor parentibus ſuis naſcitur? Priſcorū autem
molē teſtātur etiā Oreſtis ſuprema: cuius oſſa olympiade
quinquageſima & octaua tegeæ inuēta a ſparthanis ora-
culo monitis diſcimus impleſſe longitudinem cubitorum
.vii. Scripta quoq; ex antiquitate memorias acceſſunt in
fidem ueri: quibus receptum eſt: ꝙ bello cretico cum elata
flumina plus q̄ ui amnica terras rupiſſent: poſt diſceſſum
fluminum inter plura humi diſcidia humatum corpus re-
pertum cubitum trium atq;.xxx. cuius ſpectandi cupidine
Lucium Flaccum Legatum Metellum etiā ipſum impēdio
captos miraculi: quod auditu refutauerant oculis potitos.
Non omiſerim Salamina Euthymenis filium creuiſſe in
triennio tria cubita ſublimitatis : ſed inceſſu tardo : ſenſu

hebeti: robuſta uocē: pubertate feſtina: ſtatimq; obſeſſum
morbis plurimis: immoderatis ægritudinū ſuppliciis cōpē-
ſaſſe præcipitem incrementi celeritatem. Menſuræ ratio
bifariā conuenit. Nā quantus manibus expanſis inter di-
gitos longiſſimos modus eſt: tantū conſtat eſſe īter calces
& uerticē: ideoq; phyſici hominē minorem mundum eſſe
iudicauerunt. Parti dextræ aſcribitur habilior motus: leuæ
firmitas maior. Vnde altera geſticulationibus ꝓmptior ē:
altera oneri ferendo accōmodatior. Pudoris diſciplinam
etiā inter defuncta corpora natura diſcreuit. Ac ſiquando
cadauera necatorū fluctibus euehuntur : uirorum ſupina
prona fluitant fœminarum.

DE Pernicitate pedum : & quis plurimū uiſu potuit:
quiſq; apud romanos præualuit fortitudine. Cap. vi.

u Eꝝ ut ad pernicitatis titulum tranſeamus: primam
palmam uelocitatis Ladas quidam adeptus eſt: qui
ita ſupra cauum puluerem curſitauit: ut arenis pēdētibus
nulla indicia reliqueret ueſtigiorū. Polymeſtor mileſius
puer: cū a matre locatus eſſet ad caprarios paſtus: ludicro
leporem conſecutus eſt. & ob id ſtatim ꝓductus a gregis
domino olympiade ſexta & q̄drageſīa (ut Bocchus auctor
eſt) uictor in ſtadiis meruit coronā. Philippides mille du-
cēta ſtadia ab athenis lacedæmonē cucurrit. Aniſtis lacō
& Philonides Alexādri Magni curſores elin ab uſq; ſitionē
milleducēta ſtadia uno die tranſierunt. Pompeio Vipſa-
noq; conſulibus in italia octo annos puer natus quinq; &
q̄draginta milia paſſuū a meridie tranſiuit ad ueſperum.
Viſu deinde plurimū potuit Strabo nomine : quē ſuper-
ſpexiſſe ꝑ centū uigintiq;q; milia paſſuū Varro affirmat:
ſolitūq; exeunte a carthagine claſſe punica numeꝝ nauiū
manifeſtiſſime ex lilibytana ſpecula notare. Cicero tradit
iliadā omnē ita ſubtiliter ī mēbranis deſcriptā: ut teſta nu-
cis clauderetur. Galicrates formicas ex ebore ſic ſculpſit:

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ut portio eaꝝ a cæteris ſecerni nequiuerit. Apollonides ꝓhibet in ſcythia fœminas naſci: quæ bithiæ uocant̃: haſq; in oculis pupillas geminas habere: & perimere uiſu ſi forte quē iratæ aſpexerint. Hæ ſunt & in ſardinia. Præualuiſſe fortitudine apud romanos Luciū Sicinium Dentatū tituloꝝ numerus oſtendit. Tribunus hic plebis fuit nō multū poſt exactos reges Spurio Tarpeio Aulo Aterio cōſulibus. Idē ex ꝓuocatione octies uictor q̄dragies quinq́s aduerſas habuit cicatrices: in tergo nullā notam: & ſpolia ex hoſte tricies & quater cepit: ī phaleris: haſtis: puris armillis: coronis trecenta duodecim dona meruit. Nouē imperatores q opera eius uicerant: triumphantes proſecutus. Poſt hunc Marcus Sergius duobus ſtipendiis primo aduerſo corpore ter & uicies uulneratus. ſecundo ſtipendio ī prœlio dextrā perdidit. qua de cauſa poſtea ſibi manū ferreā fecit: & cū neutra pene idonea ad prœliandū ualeret: una die quater pugnauit & uicit: ſiniſtra eo inſidente duobus equis confoſſis. Ab Hannibale bis captus refugit: cum. xx. mēſibus quibus captiuitatis ſortē perferebat: ſine cōpedibus nullo momēto fuerit & cathenis. Omnibus aſperrimis prœliis: quæ tempeſtate illa romani experti ſunt: inſignitus donis militaribus. A thraſymenno trebia ticinoq; coronas ciuicas rettulit. Cannenſi quoq; prœlio: de quo refugiſſe eximiū opus uirtutis fuit: ſolus accepit coronā. Beatus ꝓfecto tot ſuffragiis gloriaꝝ: ni hæres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina tantas adoreas odio dānati nominis obūbraſſet. Quantū inter milites Sicinius aut Sergius: tantum inter duces: imo ut uerius dicā inter omnes homines Cæſar dictator enituit. Huius ductibus undecies centū quadragīta & duo milia cæſa hoſtiū. Nā quātū bellis ciuilibus fuderit noluit ānotari. Signis collatis q̄nq̄gies & bis dimicauit. .M. Marcellū ſolus ſupergreſſus: qui nouies & tricies pari modo fuerat præliatus. Adhuc nullus celerius ſcripſit:

nemo uelocius legit: q̄ternas etiā epiſtolas ꝓhibetur ſimul dictaſſe: benignitate adeo præditus: ut quos armis ſubegerat: magis clæmentia uicerit.

Qui memoria claruerunt: cui caſus uocem ademerit: cuiue dederit: q eloquentia floruerūt: de pietate pudicitia: & quis beatus iudicatus. Cap. vii.

c Yrus memoriæ bono claruit: qui in exercitu: cui numeroſiſſimo præfuit: nominati ſigulos alloquebat̃. Fecit hoc idē ī populo ro. Lucius Scipio. Sed & Cyrum & Scipionē cōſuetudine credimus ꝓfeciſſe. Cyneas Pyrrhi legatus poſtero die q̄ ingreſſus romā fuerat: & equeſtrem ordinē & ſenatū ꝓpriis noībus ſalutauit. Rex ponticus Mithridates duabus & uigīti gētibus quibus imperitabat: ſine interprete iura dedit. Memoriam ex arte fieri palam factū eſt: ſicut Metrodorus philoſophus: q tēporibus cynici Diogenis fuit: in tantū ſe meditatione aſſidua ꝓuexit: ut a multis ſimul dicta nō modo ſenſuū: ſed etiā uerborū ordinibus detineret. Nihil tamen ī homine aut metu aut caſu aut morbo facilius intercipi ſæpe perſpectū eſt. Qui lapide ictus fuerat: accepimus oblitū litteraꝝ. Meſſalam certe Coruinū poſt ægritudinē quā ꝑtulerat ꝑcuſſū ꝓprii noīs obliuione: q̄libet alias ei ſenſus uigeret. Memoriam metus ꝑimit: inuicē metus uocis eſt incitamentū: quā nō ſolū acuit: ſed etiā ſi nūq̄ fuerit extorquet. Deniq; cum olympiade octaua & quinq̄geſima uictor Cyrus intraſſet ſardas aſiæ oppidū: ubi tunc Crœſus latebat: Athys filius regis mutus ad id uſq; tēporis ī uocē erupit ui timoris. Exclamaſſe. n. dicit̃. Parce patri meo Cyre: & hominem te uel caſibus diſce noſtris. Tractare de moribus ſupeſt: quorū excellentia maxīe ī duobus enituit. Cato princeps Portiæ gētis ſenator optimus: orator optimus: optimus īperator: cauſas tamen q̄dragies & q̄ter dixit diuerſis odioꝝ ſimultatibus appetitus. Veꝝ Scipiōis Aemiliani laus ꝓpēſior:

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

qui præter bona : qbus Cato clarus fuit: etiã publico amore
præceſſit. Vir optimus Naſica Scipio iudicatus eſt non
priuato tantũ teſtimonio: ſed totius ſenatus ſacramento.
quippe ꝙ inuẽtus dignior nõ fuit : cui præcipuæ religionis
crederetur miniſteriũ : cũ oraculum moneret accerſi ſacra
deũ matris piſſimũ ticæ. Plurimi ĩter romanos eloquẽtia
floruerũt. Sed hoc bonũ hæreditariũ nunq̃ fuit: niſi in fa-
milia Curionũ: ĩ qua tres ſerie continua oratores fuerunt.
Magnũ hoc habitũ ẽ ſane eo ſæculo: quo præcipue facun-
diã & hũana & diuina mirata ſũt. Quippe tunc ꝑcuſſores
Archilochi poetæ Apollo ꝓdidit: & latronum facinus deo
arguente detectũ ẽ. Cũq; Lyſander lacedæmonius athe-
nas obſideret : ubi Sophoclis tragici inhumatum corpus
iacebat: idẽtidẽ Liber pater ducẽ admonuit per quietẽ ſepe-
liri ſineret delicias ſuas. Nec prius deſtitit q̃ Lyſãder cog-
nito qs obiſſet: & quod a numine poſceret: indutias bello
daret uſq; dũ congrue ſupremis talibus exequiæ ducerent.
Pindaꝝ lyricũ e cõuiuii loco : cui ĩminebat ruina : ne cum
cæteris interiret: forinſecus eũ Caſtor & Pollux uocauerũt
inſpectantibus uniuerſis. quo effectũ ẽ: ut ſolus impendẽs
periculũ euaderet. Numerãdus poſt deos Cneus Põpeius
Magnus intraturus domũ Poſſidonii tunc clariſſimi ſapi-
entiæ ꝓfeſſoris percuti ex more a lictore fores uetuit: ſum-
miſſiſq; faſcibus q̄libet cõfecto mithridatico bello & oriẽ-
tis uictor ſentẽtia ꝓpria ceſſit ianuæ litteraꝝ. Africanus
prior Quinti Ennii ſtatuã ĩponi ſepulcro ſuo iuſſit. Vti-
cẽſis Cato unũ ex tribunatu militum philoſophum: alteꝝ
ex curia legatione romã aduexit : ꝓfeſſus plurimum ſe eo
facto ſenatui & populo cõtuliſſe: q̄libet ꝓauus eius ſæpiſ-
ſime cẽſuiſſet græcos urbe pellẽdos. Dionyſius tyrannus
uittatã nauẽ Platoni obuiã miſit. Ipſe cum albis q̄drigis
egredientẽ ĩ littore occurrẽs honoratus eſt. Perfectã pru-
dẽtiã ſoli Socrati oraculũ delphicũ adiudicauit. Pietatis

documẽtũ nobilius qdẽ ĩ Metellorum domo effulſit : ſed
eminẽtiſſimũ ĩ plebeia puerpa reperit. Humilis hæc atq;
ideo famæ obſcurioris: cũ ad patrẽ q ſupplicii cauſa clau-
ſtris pœnalibus cõtinebat: ægre obtinuiſſet igreſſũ: exqſita
ſæpius a ianitoribus ne forte parẽti cibũ admiſtraret: alere
eũ uberibus ſuis deprehẽſa eſt. Quæ res & locũ & factum
cõſecrauit. Nam qui morti deſtinabat: donatus eſt filiæ in
memoriã tãti præconii reſeruatus. Locus dicatus ſuo nu-
mini pietatis ſacellũ fuit. Nã uiſa phrygia gerula ſacroꝝ
dum ĩeqt uittas caſtitatis: cõtulit Claudiæ pricipatũ pudi-
citiæ. Et Sulpitia Paterculi filia. M. Fuluii Flacci uxor cẽ-
ſura omnium matronaꝝ e centũ ꝓbatiſſimis haud temere
electa eſt: quæ ſimulacꝝ Veneris (ut ſibyllini libri mone-
bãt) dedicaret. Qui attigat ad titulum fœlicitatis necdũ
repertus eſt: & qui fœlix cenſeri iure debuerit. Nãq; Cor-
nelius Sylla dictus potius eſt q̄ fuerit fœlix. Solum certe
beatum cortina Aglaũ iudicauit: qui ĩ anguſtiſſio arcadiæ
angulo pauperis ſoli dominus nunq̃ egreſſus paterni ceſ-
pitis terminos inuenitur. De homine ſatis dictum habeo.

DE Italia: in ea de boa angue: de lupis: de lyncibus: de
lyncurio: de mutis cicadis: de corallio: de ſyrtite & ueiẽtana
gemma: de diomedeis auibus. Cap. viii.

n Vnc: ut ad deſtinatum opus reuertamur : ad locoꝝ
cõmemorationẽ ſtilus dirigendus eſt: atq; adeo pri-
cipaliter ĩ italia: cuius decus iã ĩ urbe cõtigimus. Sed italia
tãta cura ab omnibus dicta eſt: pracipue a. M. Catone: ut
iã inueĩri nõ ſit: quod non ueteꝝ auctoꝝ præſũpſerit dili-
gẽtia. Largiter ĩ laudẽ excellentis terræ materia ſuppetẽte
dũ ſcriptores præſtãtiſſimi reputãt locoꝝ ſalubritatẽ: cæli
tẽperiem: ubertatem ſoli: aprica colliũ: opaca nemorum:
ĩnoxios ſaltus: uitiũ oleaꝝq; ꝓuẽtus: ouilia: pecuaria: tot
amnes : lacus tãtos: bifera uiolaria: inter hæc ueſubiũ fla-
grantis animæ ſpititu uaporatũ: tepentibus fõtibus baias:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

colonias tã frequentes: tã aſſidua nouarꝝ urbiũ gratia: tam clarꝝ decus ueterꝝ oppidorꝝ: quæ primũ aborigenes: aurũci: pelaſgi: arcades. ſiculi: totius poſtremo græciæ aduenæ: & ĩ ſũma uictores romani cõdiderũt. Ad hæc laterũ portuoſa: oraſq; patẽtibus gremiis cõmercio orbis accõmodatas. Verum ne ꝑſus ĩtacta uideat̃: ĩ ea quæ minus trita ſunt animum ĩtendere haud abſurdũ uidet̃: & parcius depaſta leuibus ueſtigiis ĩuiare. Nam qs ignorat dicta uel condita a Iano ianiculum: a Sat̃no latium atq; ſat̃niã: a Dane ardeã a comitibus Herculis Policlen: ab ipſo ĩ cãpania põpeios: quia uictor ex hiſpania pompã boum duxerat. In liguria quoq; lapidarios cãpos: ꝙ Ioue ibi dimicãte credũt̃ pluuiſſe ſaxa. Regionẽ ionicã ab Ione Aulochi filia: quã ꝓcaciter ĩſidentẽ uias Hercules (ut ferunt) interemit. Archippenã a Marſa rege lydorũ: quod hiatu terræ hauſtũ diſſolutũ eſt ĩ lacũ fucinũ. A Iaſone tẽplũ Iunonis argiuæ: a pelopidis piſas: a Cleolao Minois filio daunios: & iapigas ab Iapige Dædali filio: tyrrhenos a Tyrrheno rege lydiæ: corã a Dardano: agillã a pelaſgis: q primi ĩ latiũ lr̃as ĩtulerũt. Ab Haleſo argiuo faliſcam: a Falerio argiuo falerios: faſcẽninum quoq; ab argiuis: portũ parthemũ a focẽſibus. Tibur (ſicut Cato facit teſtimonium) a Catil!o arcade præfecto claſſis Euãdri: ſicut Sextius ab argiua iuuẽtute. Catillus. n. Amphiarai filius poſt ꝓdigialẽ patris apud thebas interitum Oeclei aui iuſſu cum omni fœtu uerſacrum miſſus tres liberos ĩ italia ꝓcreauit: Tiburtum: Corã: Catillum: qui depulſis ex oppido ſiciliæ ueteribus ſicanis a noĩe Tiburti fratris natu maximi urbem uocauerunt. Mox ĩ brutiis ab Vlyxe extructum tẽplum Mineruæ. Inſula liger appellata abiecto ibi corpore ſirenis ita noĩatæ. Parthenope a Parthenopes ſirenis ſepulcro: quã Auguſtus poſtea neapolĩ eſſe maluit. Præneſte ut Zenodotus a Præneſte Vlyxis nepote Latini filio: ut præneſtini ſonãt libri a Ceculo quẽ



iuxta ignes fortuitos inuenerunt (ut fama eſt) digitiorum ſorores. Notũ eſt a Philoctete petiliã cõſtitutam: arpos ac beneuẽtum a Diomede: patauiũ ab Antenore: metapõtũ a pilus: ſyllacæũ ab athenienſibus: ſubarim a trizeniis: etiã a Sagari Aiacis locri filio. Sallentinos a lyciis: anconam a ſiculis: gabios a Galatio & Bio ſiculis fratribus. Ab Heraclidis tarentum: ĩſulã tenſã ab hionibus: peſtum ab orienſibus: a Miſcello achæo crotonã: rhegiũ a chalcidẽſibus: cauloneã & cerinã a crotoniẽſibus: a nariciis locros: heretũ a græcis ĩ honorem Heræ. ſic. n. græci Iunonem uocant. Ariciam ab Archilocho ſiculo: unde & nomen (ut Heminæ placet) tractum. Hoc in loco Oreſtes oraculo monitus ſimulacrꝝ ſcythicæ dianæ: quod de taurica extulerat: prius q̃ argos peteret cõſecrauit. A zanclẽſibus metaurꝝ locatum: a locrenſibus metapontũ: quod nunc uibo dicit̃. Bocchus abſoluit gallorũ ueterum ꝓpaginẽ umbros eſſe. Marcus Antonius refert hos eoſdẽ: ꝙ tepore aquoſæ cladis ĩbribus ſupfuerit: umbros eſſe noĩatos. Luciniano placet a Meſſapo græco meſſapiæ datam originem uerſam poſtmodum in nomen calabryæ: quam in exordio Oenotri frater Peucecius peuceciam nominauerat. Par ſententia eſt inter auctores a gubernatore Aeneæ palinurum appellatũ: a tubicine miſenum: a cõſobrina leocociã inſulã. Inter omnes ꝑſpicue cõuenit a nutrice Caieta caietã: ab uxore lauiniũ quod poſt troiæ excidiũ (ſicuti Coſconius ꝓhibet) q̃rto ãno extructum eſt. Nec omiſſum ſit Aeneã æſtate ab ilio capto ſecũda italicis littoribus appulſũ: ut Hemina tradit: ſociis nõ amplius ſexcentis in agro laurẽti poſuiſſe caſtra. ubi dũ ſimulacrꝝ: quod ſecum ex ſicilia aduexerat: dedicat Veneri matri: quæ frutis dicit̃: a Diomede palladiũ ſuſcepiſſe: tribuſq; mox ãnis cũ latino regnauit ſocia poteſtate qngẽtis iugeribus ab eo acceptis: quo defuncto ſũmã biẽnio adeptus apud numicũ parere deſiit. Anno. vii. patris indigetis

ei nomẽ datum. Deĩde conſtituta ab Aſcanio alba longa
fidenæ aricia: nola a tyriis: ab euboenſibus cumæ. Ibidem
ſibyllæ ſacellũ eſt: ſed quæ rebus hũanis qnq̃geſia olym-
piade fuit: cuiuſq; librũ ad Cornelium uſq; Syllã põtifices
noſtri cõſulebãt. Tunc. n. una cũ capitolio igni abſũptus
eſt. Nã priores duos Tarquinio Superbo parcius precium
offerẽte q̃ poſtulabat᷑: ipſa exuſſerat. Huius ſepulcrum ĩ
ſicilia adhuc manet. Delphicã autẽ ſibyllam ante troiana
bella uaticinatã Bocchus autumat: cuius uerſus plurimos
Homeꝵ inſcripſiſſe operi ſuo maĩfeſtat. Hãc Heriphile
erictrea annis aliquot ĩtercedẽtibus ĩſecuta ẽ: ſibyllaq; ap-
pellata eſt de ſcientiæ parilitate: quæ inter alia magnifica
leſbios amiſſuros ĩperium multo ante præmonuit: q̃ id ac-
cideret. Ita Cumanã fuiſſe tertio poſt has loco ipſa rei ſe-
ries ꝓbat. Ergo italia ĩ q̃ latium antiquũ antea a tyberis
hoſtiis aduſq; lirim amnen ꝑtinebat: uniuerſa conſurgit a
iugis alpiũ porrecta ad rheginũ uerticẽ & littora brutiorũ:
quo ĩ mare uerſus meridiẽ ꝓtendit᷑. Inde ꝓcedens paulatĩ
ſe apennini mõtis dorſo attollit: extẽſa ĩter tuſcũ & hadri-
aticũ: id eſt ĩter ſupeꝵ mare & ĩfeꝵ. ſimiliſq; querneo folio
ſcilicet ꝓceritate amplior q̃ latitudine: ubi longius abiit: ĩ
cornua duo ſcinditur: quoꝵ alteꝵ ionium ſpectat æquor:
alteꝵ ſiculũ. Inter q̃s ꝓminentias nõ uno margine acceſſũ
inſinuati freti recipit: ſed linguis ꝓiectis ſæpius ac ꝓcurrẽ-
tibus diſtinctũ ꝓmontoriis pelagus accipit. Vbi (ut obuia
paſſim notemus) arces tarẽtinæ: ſyllacæa regio cum ſyllæo
oppido: & crateide flumine Syllæ matre: ut uetuſtas fabu-
lata ẽ. Rhegini ſaltus: peſtanæ ualles: ſirenum ſaxa: amœ-
niſſimi cãpaniæ tractus: flegræi cãpi: Circes domus. Tar-
racina ĩſula ante circũflua ĩmẽſo mari: nunc æuo nectente
addita cõtinẽti: diuerſãq; fortunam a rheginis expta: quos
fretũ mediũ a ſiculis ui abſcidit. formiæ etiã læſtrygõibus
habitatæ. Multa præterea pollẽtiſſimis ĩgeniis ẽ diſſertata:

quæ præterire: q̃ ĩferius exeq tutius duximus. Veꝵ italiæ
lõgitudo: quæ ab auguſta prætoria ꝑurbẽ capuãq; porrigit᷑
uſq; ad oppidũ rhegiũ decies cẽtena & uigĩti milia paſſuũ
colligit. Latitudo ubi plurimũ q̃drĩgẽtadecẽ: ubi minimũ
centũ. xxxvi. Artiſſima eſt ad portũ quẽ Hãnibalis eſſe di-
cunt. neq;. n. excedit q̃draginta milia. Vmbilicũ (ut Varro
tradit) in agro reatino habet. At ĩ ſolidum ſpatiũ circuitus
uniuerſi uicies q̃dragies nouies cẽtena ſunt. In quo ãbitu
aduerſa locrẽſiũ frõte ortus a gadibus finit᷑ europæ ſinus
primus. nã ſecundus a latio auſpicatus in acroceraunis
metas habet. Ad hæc italia pado clara ẽ: quẽ mõs ueſulus
ſuperãtiſſimus inter iuga alpiũ gremio ſuo fundit uiſẽdo
fõte in ligurum finibus: unde ſe primum padus proruit:
ſummerſuſque cuniculo rurſus in agro uibonenſi extol-
litur: nulli amnium inferior claritate a græcis dictus
eridanus. Intumeſcit exortu canis tabefactis niuibus: &
liquẽtibus brumæ pruinis: auctuſq; aquaꝵ acceſſione. xxx.
flumina ĩ hadriaticũ defert mare nemoralibus inſitum &
ĩſignitũ. Vulgatum ꝑ omniũ ora: ꝙ perpaucæ familiæ
ſunt ĩ agro phaliſeoꝵ: quos hyrpos uocãt. Hi ſacrificium
annuũ ad ſoractis mõtẽ Apollini faciũt: id operãtes geſti-
culationibus religioſis ĩpune exultãt ardentibus lignorum
ſtruibus ĩ honorẽ diuinæ rei flammis parcentibus. Cuius
deuotionis miniſterium munificentia ſenatus honorata
hyrpis perpetuo cõſulto omnium muneꝵ uacationẽ dedit.
Gentem marſorum ſerpentibus illæſã eſſe nihil mirum. a
Circes filio genus ducunt: & de auita potentia ſibi deberi
ſciunt ſeruitium ueneno ꝵ: ideo cõtemnũt uenena. Caius
Cælius Oetæ tres filias dicit: Angiciam: Medeam: Circen.
Circẽ circæos ĩſediſſe mõtes carminũ maleficiis uarias ima-
ginũ facies mẽtientẽ. Angiciã uicina fucino occupauiſſe:
ibiq; ſalubri ſciẽtia aduerſus morbos reſiſtentẽ cũ dediſſet
homines uiuere: deã habitam. Medeam a Iaſone buthroti

VNIVERSIDAD
DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſepultã filiũq; marſis ĩperaſſe. Sed q̃uis italia habeat hoc
præſidium familiare: a ſerpentibus nõ penitus libera eſt.
Deniq; amyclas quas ante cõdiderãt græci: fugauere ſerpẽ-
tes. Illic frequẽs uipera morſu ĩſanabili. Breuior hæc cæte-
ris: quas ĩ aliis aduertimus orbis partibus: ac ꝓpterea dum
deſpectui eſt: facilius nocet. Calabrya cherſydris frequen-
tiſſima: & boas gignit: quẽ anguẽ in ĩmẽſã ferunt molem
coaleſcere. Captat primo greges bubulos. Et quæ pluri-
mo lacte rigua bos eſt: eius ſe uberibus ĩnectit: ſuctuq; cõ-
tinuo ſaginata lõgo in ſæculo ita fellebri ſatietate ultimo
extuberat᷑: ut obſiſtere eius magnitudini nulla uis queat.
Poſtremo depopulatis aĩalibus regiões q̃s obſederit: cogat
ad uaſtitatẽ. Diuo deniq; Claudio prĩcipe: ubi uaticanus
ager eſt: ĩ aluo occiſæ boæ ſpectatus eſt ſolidus ĩfãs. Italia
lupos habet. quod cũ cæteris ſimile nõ ſit. hõ quẽ prius ui-
derit cõticeſcit: & anticipatus obtutu aſpectu nocẽtis: licet
clamãdi uotũ habeat: nõ habet uocis miſteriũ. Sciẽs de lu-
pis prætero multa. Spectatiſſimũ illud eſt. Caudæ aĩalis
huius uillus amatorius ineſt p exiguus: quẽ ſpõtaneo dãno
abiicit: cũ capi metuit. nec habet potentiam: niſi uiuenti
detrahat᷑. Coeunt lupi toto anno nõ ãplius dies. xii. Veſ-
cuntur in fame terrã. At hi quos ceruarios dicimus: q̃uis
poſt lõga ieiunia ægre carnes mãdere cœperit: ubi q̄d caſu
reſpiciũt: obliuiſcunt᷑: & immemores præſentis copiæ: eunt
quæſitũ quã reliquerãt ſatietatẽ. In hoc animaliũ genere
numerãt᷑ & lynces: quoꝝ urinas coire in duriciem precioſi
calculi cõfitent᷑ q natãs lapidũ exq̄ſitius pſecuti ſũt. Iſtud
etiã ipſos lynces pſentiſcere hoc documẽto ꝓbat᷑: ꝙ egeſtũ
liquorem ilico arenaꝝ cumulis q̃tum ualent cõtegunt: in-
uidia ſcilicet ne talis egeries trãſeat in noſtꝝ uſũ: ut The-
ophraſtus perhibet. Lapidi iſti ad ſuccinum color eſt: pa-
riter ſpiritu attrahit ꝓpĩquãtia. dolores renũ placat. medet᷑
regio morbo. Lyncuriũ dr̃. Cicadæ apud rheginos mutæ



ſũt: nec uſq̃ alibi q̃ apud rheginos. Quod ſilẽtiũ miraculo
eſt: nec ĩmerito: cũ uicinæ quæ ſunt locrenſiũ ultra cæteras
ſonent. Cauſas Granius tradit. Cũ obmurmurarent illic
Herculi quieſcẽti: dicit᷑ iuſſiſſe ne ſtreperẽt: itaq; cœptum
ſilentiũ ex eo pmanere. Liguſticũ mare frutices ꝓcreat: q
quãtiſper fuerĩt ĩ ꝓfundis aq̄rum: fluxi ſunt tactu prope
carnulẽto. Deinde ubi inſuper attollunt᷑: natalibus dero-
gatis ſaxis lapides fiunt. Nec ſolũ q̄litas illis tantum: ſed
& color uertit᷑. nã puniceo ꝓtinus rubeſcunt. Ramuli ſũt:
q̄les arboꝝ uiſimus ad ſemipedẽ frequentius lõgi: raꝝ eſt
pedaneos deprehendi. Excudũt᷑ ex illis multa geſtamina.
Habet. n. (ut Zoroaſtres ait) materia hæc quãdã poteſtatẽ:
ac ꝓpterea q̄cquid inde fit: ducit᷑ inter ſalutaria. Curaliũ
alias dicunt. Nã Methrodorus gorgiam noĩat. Idem ꝙ re
ſiſtat typhonibus & fulminibus affirmat. Eruitur gẽma
in parte lucaniæ facie adeo iucunda: ut lãguẽtes ĩtriſecus
ſtellas et ſub nubilo renitentes pfundat color croceus. Ea
quoniã in littore ſyrtiũ inuenta primũ eſt: ſyrtitis uocat᷑.
Eſt & ueientana a loco dicta: cui ſuperficies nigra: quã ad
gratiã uarietatis limites albi interſecãt notis candentibus.
Inſula apuliæ orã uidet: tumulo ac delubro Diomedis in-
ſignis eſt: & diomedeas aues ſola nutrit. Nam hoc genus
alitis præter q̃ ibi nuſq̃ gentiũ eſt: idq; ſolum poterat me-
morabile iudicari: niſi accederẽt nõ omittẽda. Forma illis
pene: quæ fulicis. color candidus: ignei oculi: ora dentata.
Cõgregatæ uolitãt: nec ſine ratione pergẽdi. duces duo ſũt:
qui regunt agmen. alter agmen anteit: alter ĩſequit᷑: iſte ut
ductu certum iter dirigat: hic ut ĩſtãtia urgeat tarditatem.
Hæc ĩ meãtibus diſciplĩa eſt. Et cum fœtuum adeſt tẽpus
roſtro ſcrobes excauãt: deinde ſurculis inuerſum ſuperpo-
ſitis texta cratium imitant᷑: & ſic contegunt ſubtercauata.
Et ne operimenta deſĩt: ſi forte lignoꝝ caſas uẽti auferãt:
hanc ſtruem premunt terra: quam egeſſerãt: cum puteos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

excauarāt. Sic nidos moliunť biſori acceſſu : nec fortuito:
adeo ut ad plagas cæli metenť exitus uel ingreſſus. Aditus
qui dimittit ad paſtus: ī ortū deſtinať: q excipit reuertētes
uerſus occaſū eſt: ut lux & morātes excitet:& receptui non
denegeť. Leuaturæ aluū aduerſis flatibus ſubuolāt:qbus
ꝓpluuies lōgius auferať. Iudicāt inter aduenas. Si græcus
eſt: ꝓpius accedunt:& q̄tū ītelligi datur:uelut ciui blādius
adulāť. Siquis erit gentis alterius:īuolāt & īpugnāt. Aedē
ſacrā omni die celebrant ſtudio huiuſmodi. Aquis ībuunt
plumas:aliſq; īpendio madefactis cōfluunt rorulentæ: ita
ædē excuſſo humore purificāt: tūc pēnulis ſupplaudūt:īde
diſcedunt q̄ſi peracta religione. Ob hoc ferunt Diomedis
ſocios aues factos. Sane ante aduentū Aetholi ducis nomē
diomedeæ nō habebāt:īde ſic dictæ. Italicus excurſus per
liburnos:quæ gens aſiatica eſt : ꝓcedit ī dalmatiæ pedem:
dalmatia in limitē illyricū. In quo ſinu dardani ſedes ha-
bēt hoīes ex troiana ꝓſapia in mores barbaros efferati. At
ex altera parte ꝑ liguꝝ orā ī narbonenſiū ꝓuinciā pergit:ī
qua focenſes quōdā fugati perſaꝝ aduētu maſſiliā urbem
olympiade q̄drageſimaquīta condiderunt. Et. C. Marcus
bello cymbrico factis manu foſſis inuitauit mare:pernicio-
ſāq; feruentis rhodani nauigationē tēperauit. Qui amnis
præcipitatus alpibus primo per heluetios ruit: occurſantiū
aquaꝝ agmina ſecū trahēs:auctuq; magno ipſo quod in-
uadit freto turbulentior:niſi cū fretū uentis excitať. Rho-
danus ſæuit & cū ſerenum eſt. Atque ideo inter tres eu-
ropæ maximos fluuios & hūc cōputāt. Aquæ quoq; ſex-
tiæ illic claruerunt quodā hyberna cōſule: poſtea excultæ
mœnibus quaꝝ calor olī acrior exhalatus per tēpora eua-
porauit:nec iā par eſt priori famæ. Si græcias cogitemus:
præſtat reſpicere littus tarentinū: unde a ꝓmōtorio quod
acrani iapigiam dicunt: achaiam deſtinantibus curſum ci-
tiſſima nauigatio eſt.



Corſica: in ea de catochite. Cap. ix.

ſ Lectēdus hic ſtilus ē: terraꝝ uocāt alia. Et lōgū ē: ut
g Aramantũ oppidum ẽ debris fõte miro: quidni qui alternis uicibus die frigeat : nocte ferueat. Is per eadem uenæ cõmercia interdum ignito uapore ĩæſtuet:interdum glaciali alguine inhorreſcat. Incredibile memoratu: ut tã breui curriculo natura tam diſſonam faciat uarietatem. Idque qui percunctari uelit:tenebris ineſſe fluori æternã facem credat. qui rimetur die brumales ſcatebras:nunq̃ aliud æſtimet q̃ perpetuo rigere. Vnde non immerito per gentes debris ĩclyta eſt:cuius aqua a cæleſti uertigine mutat qualitatem q̃uis cõtrauerſa ſyderum diſciplina. Nam cum mundum a calore ueſper temperet:ab occaſu incipit ita incaleſcere: ut ni tactu abſtineat̃:noxium ſit cõtigiſſe. Rurſus cum ortus ſolis ĩcanduerit:& radiis feruefacta ſit uniuerſa : ſic hyemales euomit ſcaturigines : ut hauriri a ſitientibus nequeat. Quis ergo non ſtupeat fontem qui friget calore:caleſcit frigore? Garamãticæ regionis caput ẽ garama : ad quam diu iter inextricabile fuit & inuium. Nã latrones puteos arenis operiebant : ut tẽporaria fraude ſubductis aquis iter infame ſiti ſummoueret acceſſus uiantium. Sed Veſpaſiano prĩcipe bello: quod cum océſibus geſtum ẽ: difficultas hæc diſſoluta ẽ cõpendio ſpatii breuioris reperto. Garamãtas Cornelius Balbus ſubegit: & primus ex hac uictoria triumphauit. Primus ſane de externis utpote gadibus genitus acceſſit ad gloriam nõis triumphalis. Armenta gentis iſtius obliquis ceruicibus pabulantur. Nam ſi recta ad paſtus ora dirigant: officiunt cornua prona ad humum et obnixa:ex parte quæ cernua eſt. Accipimus gauloen ĩſulam:in qua ſerpens neq; naſcitur:neque uiuit ĩuectus. Propterea iactus ex ea quocunq; gentium puluis arcet ãgues:ſcorpiones ilico pimit.

DE Aethiopia: in ea de uariis gentiũ miraculis: de draconibus:de dracõtia lapide:de chamelopardali:de cephis: de rinocerote:de catoblepa:de formicis:de lycaone:de parandro: de lupis:de hyſtrice:de pegaſo & tragopane aue:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

de cynnão: de hiacyntho et chriſotripſo & hematite lapide.
Cap. xliii.

a Ethiopes & gẽtes atlanticæ nigri flumine diuidunt:
quem partem putant nili. Sic papyro uiret: ſic cala-
mo prætexit: animalia eadem edit: & iiſdem temporibus
exundat: intra ripas quoque nunc redit: cum contentus
eſt alueo ſuo nilus. Garamantici æthiopes matrimonia
priuatim neſciunt: ſed omnibus in uenerem uulgo licet.
Inde eſt: ꝙ filios matres tantummodo cognoſcunt: nam
paterni nominis nulla eſt reuerentia. Quis enim uerum
patrem cognouerit in hac luxuria inceſti laſciuientis? Ea-
propter garamantici æthiopes inter omnes populos de-
generes habentur. Nec immerito: quia afflicta caſtitatis
ſuæ diſciplina ſucceſſionis notitiã ritu improbo pdiderũt.
Nomen æthiopũ late patet ĩ parte africana: qua meroen
uidet libya. Plurimæ eorum ſunt & uariæ nationes. Harꝝ
e numero nomades cynocephalorum lacte uiuunt. Ser-
botæ longi ſunt ad pedes. xii. At zachei captos uenatibus
elephãtos deuorant. Pſambaris nulla eſt aurita quadru-
pes: nec elephanti quidem his proximi. Summam regiæ
poteſtatis cani tradunt: de cuius motibus quidnã ĩperitet:
augurãtur. Maritimos æthiopas quaternos oculos dicũt
habere. Sed fides alia eſt: illa denique ꝙ & uident pluri-
mũ: & manifeſtiſſime deſtinant ictus ſagittarꝝ. Occidẽ-
tem uerſus agriophagi tenent: qui ſolas pantherarum et
leonum carnes edunt: rege præditi: cuius in fronte unus
oculus eſt. Sunt & pamphagi: quibus eſca eſt quicquid
mandi poteſt: & omnia fortuitu gignentia. Sunt & ãtro-
pophagi: quorum mores uocamen ſonat. Cynomolgos
aiunt habere caninos rictus & prominula ora. Artabatitæ
proni atque quadrupedes: nec ſecus ac feræ ſine ſedibus
euagantur. Confines mauritaniæ certo tempore locuſtas
terreſtres legunt: duratasque ſalſugine in præſidium uitæ

ſolas habent. Sed ex illis quadrageſimum æui annum
nullus ſupergreditur. Ab oceano iſto ad meroen: quã ĩſu-
lã ãplexu primo nilus facit: milia paſſuum ſunt ſexcenta
uiginti. Vltra meroen ſuper exortũ ſolis macrobii æthio-
pes uocantur. Dimidio enim eorꝝ ꝓtentior ꝙ̃ uita noſtra
eſt. Hi macrobii iuſtitiam colunt: & amant æquitatem:
plurimum ualent robore: præcipua decent pulchritudine:
ornantur ære: auro uincula faciunt noxiorꝝ. Locus apud
illos helyutrapeza oppidum opiparis epulis ſẽp refertus:
quibus indiſcretim omnes ueſcuntur. nam & diuinitus
eas augeri ferũt. Eſt & ibidẽ lacus: in quo perfuſa corpo-
ra uelut oliuo niteſcũt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus.
Sane adeo liquidus ẽ: ut nec caducas uehat frondes: ſed
ilico folia lapſa ad fundum demittat laticis tenuitate.
Vltra hos deſertæ & ĩhumanæ ſolitudĩes aduſq; arabicos
ſinus. Deinde in ultima orientis monſtruoſæ gẽtiũ facies.
Aliæ ſine naribus æquali totius oris planicie informes ha-
bent uultus. Aliis concreta ſunt ora: modicoque tantum
foramine calamis auenarum paſtus hauriũt. Nonnullæ
lĩguis carẽt: ĩ uicem ſermonis utentes nutibus geſtibuſq;.
Quædam ex iſtis nationibus ante Ptolomæum Lathyrũ
regem ægypti incognitum habuerũt ignis uſũ. Aethiopia
omnis ab oriente hyberno ad occidentem hybernũ tenet.
Quicqd eius ẽ ſub meridiano cardĩe lucis nitet: q maxĩe
uirent hyeme. a media parte mons editus mari imminet
ingenuo igne per æternum feruidus & inquiete iugis fla-
grantibus. Inter quæ ĩcendia iugis æſtus: draconũ magna
copia. Veris draconibus ora parua & ad morſus non de-
hiſcẽtia: & artæ fiſtulæ per quas trahant ſpiritus: & lĩguas
exerant. Quippe non in dentibus uim: ſed in caudis ha-
bent: & uerbere potius ꝙ̃ rictu nocent. Exciditur ex cere-
bris draconũ dracontias lapis: ſed lapis nõ ẽ niſi detrahatᷣ
uiuentibus. Nam ſi obeat ſerpens prius: cum aĩa ſimul

VNIVERSIDAD DSALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

euaneſcit duricie ſoluta. Vſu eius orientis reges præcipue gloriantur: quanq̄ nullum lenocinium artis admictat ſoliditate: & quicquid in eo nobile inē: non manus faciunt: nec alterius q̄ candor naturæ ſit quo reluceat. Auctor Sotagus gemmam hanc etiam uiſam ſibi ſcribit: & quibus intercipiatur modis edocet. Præſtantiſſimi audacia uiri explorant anguium foueas & receptus: inde præſtolati ad paſtum exeuntes præteruectiq; percitis curſibus obiciūt gramina medicata q̄tum poteſt ad incitandum ſoporem. Ita ſomno obſopitis ę capitibus deſecāt lapides: & de manubiis præcipitis auſi prædā reuehunt temeritatis. Quæ locorum æthiopes tenēt: feris plena ſunt: e quibus quam nabin uocant: nos chameleopardolī dicimus collo equis ſimilem: pedibus bubalis capite camelino: nitore rutilo: albis maculis ſuperſperſa. Animal hoc circenſibus dictatoris Cæſaris primum publicatum. Eiſdē ferme tēporibus illinc exhibita monſtra ſunt: cephos appellant: quoꝝ poſteriores pedes crure & ueſtigio humanos artus mētiūt. priores hominum manus referūt: ſed a noſtris non āplius q̄ ſemel uiſa ſunt. Ante ludos Cnei Pompeii rinocerotem romana ſpectacula neſciebant. Cui beſtiæ color buxeus: ī naribus cornu unicum & repandum: quod ſubinde attritum cautibus in mucronem excitat: eoque aduerſus elephātos prœliatur par ipſis lōgitudine: breuibus cruribus: naturali telo aluum petens: quam ſolam intelligit ictibus ſuis peruiam. Iuxta nigrim fluuiū catoblepa naſcit: modica atque iners beſtia caput prægraue ægre ferens: aſpectu peſtilenti. Nam qui oculos eius offēderint: ꝓtinus exeūt uita. Formicæ ibi ad formam canis maximi arenas aureas pedibus obruunt: quos leoninos habent: quas cuſtodiunt ne quis auferat: captanteſq; ad necē pſequunt. Eadem æthiopia mittit lycaonē. Lupus ē ceruice iubatus & tot modis uarius: ut nullum colorem ei dicant abeſſe.

Mittit & parādrum boum magnitudīe biſulco ueſtigio: ramoſis cornibus: capite ceruino: urſi colore & piter uillo profundo. Hunc parandrum affirmant habitum metu uertere: & cum deliteſcat fieri aſſimilem cuicunque rei ꝓximauerit: ſiue illa ſaxo alba ſit ſiue fruteto uirens: ſiue quem alium præferat modum. Faciunt hoc idem in mari polypi: in terra chameleōtes. Sed & polypus & chameleō glabra ſunt: ut pronius ſit cutis leuitatem proximantia æmulari. In hoc .n. ē nouū ac ſigulare: hirſutiā pili coloꝝ uices facere. Hīc euenit: ut difficulter capi poſſit. Aethiopicis lupis ꝓpriū eſt: ꝙ in ſaliendo ita niſus habent alitis: ut non magis proficiant curſu q̄ meatu: homines tamen nunq̄ impetunt. Bruma comati ſunt: æſtate nudi: thoas uocant. Hiſtrix quoque īde loci frequentiſſima erina:ıs ſimilis: ſpinis tergum hiſpida: quas plerunque laxatas iaculatione emittit uoluntaria: ut aſſiduis aculeorum nībis canes uulneret ingruentes. Illius cæli ales ē pegaſus. Sed hæc ales equinum nihil præter aures habet. Tragopan quoque auis maior aquilis: cornibus arietis proferens armatum caput. Aethiopes legunt cinnamomum. Id frutetum ſitu breui naſcitur: ramo humili & repreſſo nunq̄ ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit: eximium magis dicitur. quod ī groſſitudinem extuberat: deſpectui eſt. Verum legitur per ſacerdotes hoſtiis prius cæſis. Quæ cum litauerint: obſeruatur: ut meſſis nec ortū ſolis anticipet: nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatum tenet: ſarmentorum aceruos haſta diuidit: quæ ſacrata eſt ī hoc miniſterium. In qua ita portio manipulorum ſoli dicatur: quæ ſi iuſte diuiſa eſt: ſponte incendit. Inter hæc quæ diximus nitore cæruleo hiacynthus inuenit lapis precioſus ſi quidē inculpabilis inueniatur: eſt enim uitiis uon parce obnoxius. Nam plerunque aut uiolaceo diluitur: aut nubilo obducitur: aut albicantius ī aquaticū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

eliqueſcit. Optimus in illo tenor: ſi nec déſiore ſucco ſit obtuſior: nec propenſa pſpicuitate deiectior: ſed ex utroq; temperamento lucis & purpuræ fucatū ſuauiter fluorem trahat. Hic ē qui ſentit auras: & cum cælo facit: nec æq̄liter rutilat: cum aut nubiloſus ē: aut ſerenus dies. Præterea in os miſſus magis friget: ſculpturis certe minime accōmodatus: ut qui attritum reſpuat. Nec tamen penitus inuictus. Nā adamante ſcribit̄ & notat̄. Vbi hiacynthus ibi chriſotapſis apparet. quem lapidem lux cælat: prodūt tenebræ. Hæc enim ē in illo diuerſitas: ut nocte igneus ſit: die pallidus. Ex ipſo ſolo ſumimus hemathitem rubore ſanguineo: ac propterea hemathitem uocatum.

Mira de intimis gē tibus libyæ: de lapide exſacontalitho. Cap. xliiii.

q Vod ab atlante uſq; canopitanum hoſtium panditur: ubi libyæ finis eſt & ægyptium limen dictum a Canopo Menelai gubernatore ſepulto in ea inſula: quæ hoſtium nili facit: gentes tenent diſſonæ: quæ in auiæ ſolitudinis ſecretum receſſeru̅t. Ex his atlantes ab humano ritu prorſus exulant: nulli proprium uocabulū: nulli ſpeciale nomen: diri ſolis ortus excipiunt: diri occaſus pſequuntur: uſtique torrentis plagæ ſydere oderunt deum lucis. Affirmant eos ſomnia non uidere: & abſtinere pēitus ab animalibus uniuerſis. Troglodítæ ſpecus excauāt: illis teguntur: nullus ibi habendi amor: a diuitiis paupertate ſe abdicauerunt uoluntaria. Tantum lapide uno gloriantur: quē exacontalithum nominamus tā diuerſis notis ſparſum: ut. lxx. gemmarum colores in paruo orbiculo eius deprehendātur. Homines iſti carnibus uiuunt ſerpentum: ignarique ſermonis ſtrident potius q̄ loquu̅t̄. Augilæ uero ſolos colunt inferos. Fœminas ſuas primis noctibus nuptiarum adulteros cogunt petere: mox ad ppetuā pudicitiā legibus ſtrīgu̅t ſeueriſſimis. Gāpharātes abſtinent prœliis: fugiunt commercia: nulli extero miſceri ſinunt. Blemias credunt trūcos naſci parte qua caput ē: os tātū & oculos habere in pectore. Satyri de hominibus nihil aliud præferunt q̄ figuram. Aegipanes hoc ſunt: quod pīgi uidemus. Hymātopodes fluxis niſibus crurū ſerpunt potius q̄ incedunt: & pergendi uſum lapſu magis deſtinant q̄ greſſu. Pharuſi cum Herculi ad heſperidas pergenti forent comites: itineris tedio hic reſederu̅t. Hactenus libya.

DE Aegypto: ī ea de origine & natura nili: de tauro apide: de crocodilo: delphīo: ſcīco: hippopotamo: de aue ibide & ſerpentibus arabicis: de ficu ægyptia & palma: de diſciplīa ægyptiorꝝ: urbibus īclytis: & pyramidibus. Cap. xlv.

a Egyptus a meridie ītrorſus recedit: quoad prætēdu̅t æthiopes. A tergo īteriorem eius partem nilus circunfluit: qui ſciſſus a loco: cui delta nomen ē: ad inſulæ faciem ſpatia amplectitur interna: & incerto pene fonte decurrens proditur: ut loquemur. Originem habet a mōte inferioris mauritaniæ: qui oceano propinquat. Hoc affirmāt punici libri: hoc Iubam regē accipimus tradidiſſe. Igitur protinus lacus efficitur: quem nilidem dicu̅t. Nilū autem iam inde eſſe cōiiciunt: ꝙ hoc ſtagnum herbis piſcibus belluis nihil minus procreet: q̄ ī nilo uidemus: quādo mauritania undique: quæ origo eius ē: amnibus denſis: aut imbribus largioribus irrigatur: unde incrementa exūdationis ī ægypto augeantur. Sed effuſus hoc lacu arenis ſorbetur: & cuniculis cæcis abſconditur. Deinde ī caſariēſi ſpecie ꝓrumpens ampliora eadem indicia præfert quæ in exortu notauimus. Rurſuſq; ſubſidit: nec prius reddit: q̄ poſt interualla itineris extenti contingat æthiopas: ubi exit: & nigrum facit fluuium: quem ſupra diximus terminum eſſe limitis africani. Aſtapum eum inde gentes uocant: ſcilicet aquā ex tenebris profluētē. Multas magnaſq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

iſulas ambit : quarũ pleræque ſunt tam diffuſæ et uaſtæ
magnitudinis:ut uix eas dierum quinque curſus præter-
meet: q̃uis concitus ibi feratur. Nobiliſſima earum eſt
meroe:circum quam diuiſus dextro alueo aſtiſapes:læuo
aſtabores nominantur. Tunc quoque emenſus magna
longinqua cum primum occurrentibus ſcopulis aſperat:
tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium:ut ruere
potius q̃ manare credatur. Demumque a cataracte ultio
tutus eſt: ita enim quædam clauſtra ægyptii nuncupant.
Relicto tamen hoc pone ſe nomine : quod giris uocatur:
mox inoffenſus meat:ſeptem hoſtiis conditur:in meridiẽ
uerſus excipitur ægyptio mari. Ignari ſyderum uel locoꝝ
uarias de exceſſibus eius cauſas dederunt. Alii affirmant
eteſias nubium denſitatem illo cogere : unde amnis hic
auſpicatur : ipſumque fõtem humore ſupero ſaginatum
tantam inundationis habere ſuſtantiam:q̃tum pabuli ad
liquorem nubila ſumminiſtrauerint. Ferunt alii ꝙ uẽtoꝝ
flatibus repercuſſus: cum fluorem ſolitæ uelocitatis non
queat ꝓmouere:aquis in arcto luctantibus intumeſcit: &
quo impenſius cõtrauerſi ſpiritus impugnauerint: eo ex-
celſius ſublimari ĩ altitudinis uertices repercuſſam celeri-
tatem: quando nec ſolitus extenuat curſus alueum:& ſti-
pato iam flumine uenis originalibus torrentum pondera
ſuperueniãt. Ita cõcurrente uiolentia hĩc urgẽtis elemẽti
hinc reſiſtentis undis exultantibus molem colligi:quæ ex-
ceſſus facit. Nonnulli affirmant fontem eius qui fialus
uocatur ſyderum motibus excitari : extractumque radiis
candentibus cæleſti igne ſuſpendi non tamen ſine certa
legis diſciplina:hoc eſt lunis cœptantibus. Verum omnẽ
excurſus originem de ſole cõcipi: primoſque fieri exceſſus
tumoris cum per cãcrum ſol uehatur. Poſtmodũ trigĩta
eius partibus euolutis ubi ingreſſus leonem ortus ſyrios
excitauerit:emiſſis fluoribus totã fluctuationem erũpere.



Quod tempus ſacerdotes natalem mundi iudicauerunt:
id eſt ĩter tertium decimum kalendas auguſtas & undeci-
mum. Deinde reuocare exitus uniuerſos : cum uirginem
tranſeat : penituſque intra ripas ſuas capere:cum libram
ſit ingreſſus. Hoc etiam addunt: pariter eum nocere:ſiue
abundãtius exæſtuet ſiue parcius:cum exiguitas minimũ
apportet fœcunditatis:propẽſior copia diuturno humore
culturam moretur. Maximos eius exitus cubitis duode-
uiginti conſurgere:iuſtiſſimos ſexdecim temperari. Nec ĩ
quindecim abeſſe prouentus fructuarios:ſed qcquid intra
ſit:famem facere. Dant illi etiam hoc maieſtatis : ut por-
tendat futura:quandoquidem pharſalico bello nõ fuerit
egreſſus qnque ulnas. Iam illud palam eſt : ꝙ ſolus ex
amnibus nullas expiret auras. Ditionis ægyptiæ eſſe ĩcipit
a ſyene:ĩ qua fines æthiopum. Inde uſque dum mari in-
timatur:nili nomen tenet. Inter oĩa quæ ægyptus habet
digna memoratu:præcipue bouẽ mirantur : apim uocãt.
Hunc ad inſtar colunt numinis inſignem albæ notæ ma-
cula : quæ dextro eius lateri ingenita corniculantis lunæ
refert faciem. Statutum æui ſpatium eſt:quod ut adfuit:
profundo ſacri fontis immerſus necatur:ne diem longius
trahat:q̃ licebit. Mox alter nec ſine publico luctu reqrĩt.
quem repertum centum antiſtites memphim ꝓſequunt:
ut incipiat ibi ſacris initiatus ſacer fieri. Delubra : quibus
ſuccedit aut incubat : myſtice thalamos nominant. Dat
omnia manifeſtantia de futuris. Illud maximum : ſi de
conſulentium manu cibum capiat. Denique auerſatus
Germanici Cæſaris dextram prodidit ingruentia:nec mul-
to poſt Cæſar extinctus eſt. Pueri apim gregatim ſequũt:
& repente uelut lymphatici uentura præcinunt. Bos illi
oſtenditur fœmina in anno ſemel:& ipſa non abſque cer-
tis inſignibus. quæ atque inuẽta & oblata eſt:ſtatim neci
datur. Apis natalem memphei celebrant iactu patheræ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

aureæ:quam proiiciunt in nili gurgitem. Hæc ſolennitas
per dies.vii.agitur. Quibus diebus cũ ſacerdotibus quaſ-
dam crocodili indutias habent: nec attrectant lauantes.
Verum octauo die cerimoniis iam peractis uelut reddita
ſæuiendi licentia ſolitam reſumunt atrocitatem. Croco-
dilus malum quadrupes & in terra & in flumine pariter
ualet:linguam non habet: maxillam mouet ſuperiorem.
Morſus eius horribili tenacitate conueniunt ſtipante ſe
pectinatim ſerie dentium. Plerunq; ad uiginti ulnas ma-
gnitudinis coaleſcit. Qualia anſeres edit oua. Metatur
locũ nido naturali prouidentia. Nec alibi fœtus premit:
q̃ quo creſcentis nili aquæ nõ poſſũt peruenire. In partu
fouendo mas & fœmina uices ſeruãt. Præter hiatum oris
armatus eſt etiã unguium immanitate. Noctibus ĩ aqua
degit:per diem humi acquieſcit: circundatur nimia cutis
firmitate in tantum : ut ictus quouis tormento adactus
tergo repercutiatur. Strophilos auis paruula ẽ. Ea redu-
uias eſcarum dum affectat : os belluæ huiuſce paulatim
ſcalpit:& ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in
uſque fauces facit. Quod enydrus conſpicatus alterum
hicneumonum genus penetrat belluã:populatiſq; uitali-
bus eroſa exit aluo. Eſt & delphinũ genus in nilo:quorũ
dorſo ſerratas habent criſtas. Hi delphines crocodilos
ſtudio eliciunt ad natandũ:demerſiſque aſtu frauduléto
tenera uentrium ſub ternatãtes ſecant: & ĩterimunt. Ha-
bitant ĩ inſula nili homines forma perexigui:ſed audacia
uſque eo pergit:ut crocodilis ſe offerant obuios. Nã hæc
monſtra fugientes ſequuntur:formidant reſiſtẽtes. Ergo
capiuntur:ſubactique etiam intra aquas ſuas ſeruiunt:
& perdomiti metu ita obſequuntur:ut immemores atro-
citatis uictores ſuos inequitãtis dorſo uehant. Hanc ergo
inſulam & hanc gentem ubicunque indicio odoris præſẽ-
ſerint:procul fugiunt. In aqua obtuſius uident : in terra

acutiſſime. Hyeme nullum capiũt cibum:quĩ etiã quat-
tuor . nenſes a cœptu brumæ inedia exigũt. Scinci quoq;
circa nilum frequentiſſimi crocodilis quidẽ ſimiles : ſed
modica forma & anguſta: uerum ad opem ſalutarem nõ
qualibet neceſſarii medentes. Quippe pocula ex ipſis in-
ficiunt:quibus & ſtupor neruorum excitatur:& etiam ex-
tinguitur uis ueneni. Hippopotamus in eodem flumine
atque ſolo naſcitur:equino & dorſo & iuba & hinnitu:
roſtro reſupino:ũgulis bifidis:aprugineis dẽtibus: cauda
tortuoſa. Noctibus ſegetes depaſcitur : ad quas pergit
auerſus aſtu doloſo:ut fallente ueſtigio reuertenti nullæ
ei inſidiæ præparentur. Idem cum diſtenditur nimia ſatie-
tate: arundines recẽs cæſas petit: per quas tãdiu oberrat:
quoad ſtirpium acuta pedes uulnerent: ut profluuio ſan-
guinis leuet ſaginam. Plagã deĩde ceno oblinit:uſquedũ
uulnus conducatur ĩ cicatricem. Hippopotamos & cro-
codilos primus romæ.M.Scaurus inuexit. Circa eaſdem
ripas ales ibis. Ea oua ſerpentum populatur:gratiſſimãq;
ex his eſcam nidis ſuis refert. Sic rareſcunt prouentu fœ-
tus noxiorum. Nec tamen aues iſtæ tantum intra fines
ægyptios proſunt. Nãque cum arabicæ paludes pẽnatorũ
anguium mittant examina:quorum tam citum uirus ẽ:
ut mors ante q̃ dolor inſequatur : ſagacitate qua ad hoc
ualent aues excitatæ:in procinctum eunt uniuerſæ:& prius
q̃ terminos proprios externum malum uaſtet: in aere oc-
curſant cateruis peſtilentibus: ibi agmen deuorãt uniuer-
ſum. Quo merito ſacræ ſũt:& illæſæ pariũt. Nigras ſolũ
peluſium mittit : reliqua pars candidas. De arboribus
quas ſola fert ægyptus : præcipua ẽ ficus ægyptia:foliis mo-
ro cõparanda non ramis tantum geſtitans ſed & caudice:
uſqueadeo fœcunditatis ſuæ ãguſta ẽ. Vno anno ſepties
fructum ſufficit. Vnde pomum decerpſeris:alterum ſine
mora protuberat. Materia in aquã miſſa ſubſidit. Deĩde

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

cum diu ſubſederit:ĩ liquore leuior facta ſuſtollit᷑. Verſa
uice:quod natura ĩ alio ligni genere nõ recipit:fit humore
ſicca. Palma quoq; ægyptia dicenda res ẽ : ꝓprie adypſos
uocatur : ut dici oportet. Ea quoque guſtata arcet ſitim.
Odor ei ineſt idem:qui & malis cydoneis. Sed demũ ſitim
ſedat: ſi prius q̄ maturuerit decerpatur. Nam ſi matura
ſumitur:ſenſum intercipit : greſſum præpedit : linguam
retardat: obſeſſiſque officiis mentis & corporis ebrietatis
facit uitium. Aegyptium limitem qua ad diacecaumenen
tendit:incolunt populi:qui momẽtum quo reparari mũ-
dũ ad motus ferunt annuos: hoc ſtudio deprehendunt.
Eligitur ſacer locus:in quo conſeptant animalia diuerſiſſĩ
generis. Ea ubi ad ſtatutum modum cæleſtis ueniunt di-
ſciplinæ: ſenſus ſuos ſignificationibus produnt : quibus
poſſunt. Alia ululãt:alia mugiunt:quædã ſtridunt:quæ-
dã rugiũt:nõnulla ſimul confugiunt ad uolutabra. Hoc
argumentum illis eſt magiſtrum ad indicium temporis
deprehendendi. Feruntiidem populi a primis ſibi gentis
ſuæ auis traditum:ubi nunc occaſus eſt:quondã ibi ortus
ſolis fuiſſe. Inter ægyptias urbes numero portaꝝ thebæ
nobiles : ad quas commercia arabes undique ſubuehunt.
Hinc regio thebaica. Abedos & ipſa nobilis olim Mẽno-
nis regia : nunc Oſyris fano exculpta. Alexandriam &
operis ipſius magnitudo : & auctor Macedo nobilitauit:
quam metatus Dinocrates architectus alterũ a cõditore ĩ
memoria locum detinet. Condita autem alexandria.xii.
centeſimaque olympiade Lucio Papyrio Spurii filio .C.
Petilio Caii filio conſulibus romanis haud lõge ab hoſtio
flumĩs nili.quod heracleoticõ alii: alii canopicõ appellãt.
Eſt & pharos colonia a Cæſare dictatore deducta : e qua
facibus accenſis nocturna dirigit᷑ nauigatio. Nã alexãdria
inſidioſo acceſſu adit᷑ fallacibus uadis:cæco mari:tribuſq;
tãtum canalidus admittit nauigantes: poſſideo:tagano:



tauro. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi
miniſterium fabricatas pharos dicunt. Pyramides turres
ſunt in ægypto faſtigiatæ ultra celſitudinem omnẽ : quæ
fieri manu poſſit. Itaque menſuram umbrarum egreſſæ
nullas habẽt umbras Nũc ab ægypto prouehamus ſtilũ.

DE Arabia: in ea mira de fõtibus: de moribus & habitu
populi: de euleo flumine:de ture:de myrrha:de phœnice
aue : de cinnomolgis auibus : de gemma ſardonice: & de
quibuſdam aliis lapidibus. Cap.xlvi.

u Ltra peluſiacum hoſtium arabia ẽ ad rubrum pti-
nens mare: quod erirteum ab Eritra rege Perſei &
Andromædæ filio non ſolum a colore appellatum Varro
dicit.qui affirmat in littore maris iſtius fontem eſſe: quẽ
ſi oues biberint mutent uellerum qualitatem:& antea cã-
didæ amittant quod fuerint uſque ad hauſtum:ac fuluo
poſtmodũ nigreſcãt colore. Rubri autem maris arſinoe
oppidum. Veꝝ hæc arabia procedit aduſque illam odo-
riferam & diuitem terrã:quam cantabani & ſcenitæ tenẽt.
Arabes nobiles monte caſſio. Qui ſcenitæ cauſam nõis
ĩde ducunt:ꝙ tentoriis ſuccedant:nec alias domos habẽt.
Ipſa autem tentoria cilicia ſunt. ita nuncupant uelamẽta
e caprarũ pilis texta. Præterea carnibus ſuillis prorſus ab-
ſtinent. Sane hoc animalis genus ſi inuectum illo fue-
rit moritur ilico. Hanc arabiam græci eudemonem:no-
ſtri beatam nominauerunt. Habitatur in colle manu
facto inter flumen tigrim & flumen euleum : quod ortũ
a mœdis tam puro fluore inclytum eſt:ut omnes ĩde reges
non alias q̄ eius aquas bibant. Eudemonem non fruſtra
cognominatam hinc capeſſas: ꝙ præter odores quos creat
plurimos: ſola tus mittit: nec tamen uniuerſa. Nam in
medio eius ſunt aſtramitæ pagus ſabæorum : a quo octo
manſionibus regio turifera diſterminatur. Arabia appel-
lata id ẽ ſacra.hoc enim ſignificari ĩterpretatur. Virgulta

VNIVERSIDAD DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

hæc non ſunt publica : ſed quod inter barbaros nouum ĩ
ius poſteriorum per ſucceſſiones tranſeunt familiarum.
Ergo quicunque iſtius nemoris tenet dominium: arabice
ſacer uocatur. Iidem illi lucos illos cum uel metunt uel
incidunt:non funeribus interſunt: non congreſſibus fœ-
minarum polluũtur. Hanc arborẽ prius q̄ fides penitus
proderetur:alii lẽtiſco: alii mage therebinto comparabãt:
uſquedũ libris quos Iuba rex ſcripſit ad Cæſarem Auguſti
filium palam fieret ĩtorto eã uimine eſſe ramis ad aceris
qualitatem: amygdalæ modo ſuccum fundere:ĩcidi ortu
canis flagrãtiſſimis ſolibus. In iiſdem ſaltibus myrrha ꝓ-
uenit:cuius radices ut uitium raſtris proficiunt: allaquea-
tionibus gaudent : nudatæ fluunt pinguiori lachryma.
Sponte manans precioſior ex ea ſudor eſt:elicitus corticis
uulnere uilior iudicatur. Cortex in uertiginem flexus: &
ſpinis hiſpidis: folium criſpius licet oliuæ tamen ſimile.
Maxima altitudine extollitur ad quĩque cubitos proceri-
tatis. Arabes ſarmentis eius ignes fouent:quorum fumo
ſatis noxio:niſi odore cremati ſtor[illegible]is occurratur:plerũq;
morbos incurrunt inſanabiles. Apud eoſdem naſcitur
phœnix auis aquilæ magnitudine:capite honorato ĩ conũ
plumis extantibus:criſtatis faucibus:contra colla fulgore
aureo:poſtera parte purpureus extra caudam: in qua ro-
ſeis pennis cæruleus ſcribitur nitor. Probatum eſt q̄dra-
ginta & quingentis eum durare annis. Rogos ſuos ſtruit
cinnamis :quos prope practheam concinnat in ſolis or-
bem ſtrue altaribus ſuperpoſita. Cum huius uita magni
anni fieri conuerſionem rata fides eſt inter auctores : licet
plurimi eorum magnum annum non quingentis.xl.ſed
duodecim milibus nongentis quĩquaginta quattuor ãnis
conſtare dicant. Plautio itaque Sextio & Papyrio conſu-
libus ægyptum phœnix inuolauit:captuſque anno octin-
genteſimo urbis conditæ iuſſu Claudii principis ĩ comitio



publicatus ẽ. quod geſtum præter cenſuram quæ manet:
actis etiam urbis continetur. Cĩnomolgos perinde arabiæ
auis in excellentiſſimis lucis texit nidos e fructibus cinna-
morum : ad quos quoniam non eſt peruenire propter
altitudinem & fragilitatem : accolæ illas congeries plum-
batis petunt iaculis:deiectaſque preciis uendunt amplio-
ribus:ꝙ hoc cinnamum magis q̄ aliud mercatores ꝓbant.
Arabes longe lateque diffuſi diuerſis etiã moribus uiuũt:
& cultibus plurimis:crinis ĩtonſus: mitrati capita:redimi-
tu pari pars raſa in cutem barba : commerciis ſtudent:
aliena non emunt : uendũt ſua. quippe & mari & ſiluis
diuites. Vmbræ quæ nobis dextræ ſunt:illis ſiniſtræ. Pars
eorum quibus uictus eſt aſper:ãngues edunt: nulla uela-
mini cura corporis:ac propterea offiophagi nominãt᷑. Ex
iſtius littoris ſinu Policrati regi aduecta ſardonix gemma:
prĩa ĩ orbe noſtro luxuriæ excitauit facẽ. Nec multũ de ea
diſſerendum puto:adeo ſardonix in omnium uenit cõſci-
entiam. Superficies eius probatur: ſi meracius rubeat:ar-
guitur ſi fuerit fæculentior. medietas circuitur limite cã-
didante. Optima eſt:ſi nec colorẽ ſuum ſpargat ĩ ꝓximũ:
nec ipſe ex altero mutuetur: reliqua nigro finiuntur. Nã
ſi tranſluceat uitio uertit᷑:ſi perſpicuitatem arceat : ꝓficit
ad decorem. Et molochitem arabs ĩuenit uirentẽ craſſius
q̄ ſmaragdus contra infantum pericula ingenita ui reſiſtẽ-
tem. Inuenit & iridem ĩ mari rubro ſicut cryſtallum ſexã-
gulatam: quæ radiis icta ſolis rutilo aeris repercuſſo cæ-
leſtis arcus ex ſeſe iacit ſpeciem. Androdamantem iidem
legunt arabes nitoris argẽtei: lateribus æqualiter quadris:
quẽ de adamãte nonnihil mutuatum putes. Datum illi
nomẽ ex eo cenſent:ꝙ aĩoꝶ calentiũ mollit ĩpetus: & tu-
mẽtes refrenat iras. Pederotẽ etiã arabicã ĩde ſumimus.
arabica aſpectu eburnea eſt : radia abnuit. cõtra neruoꝶ
moleſtias ꝓderit habẽtibus. In pederote congruit quicq̃d

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

eximium ē : quadam decoris prærogatiua. Cryſtallinum lucet: rubet purpuram. Orarum extimis corona uelut e liquido renitēte hac ſuauitate oculos afficit: uiſum illicit: detinet etiam ītuentes:hac etiam gratia indis placet. Hoc arabiæ ſat eſt:ad peluſium repatriemus.

Regio oſtracinæ: iope oppidū: Andromadæ uincula. Cap.xlvii.

a Peluſio caſſius mons eſt : & delubrum Iouis caſſii: atque ita oſtracinæ locus Pompeii Magni ſepulcro inclytus. Idumea ibi incipit palmis opima. Dein iope oppidum antiquiſſimum orbe toto:utpote āte inūdationem terrarum conditum. Id oppidum ſaxum oſtentat: quod uinculorum Andromadæ ueſtigia adhuc retinet: quam expoſitam belluæ non irritus rumor circuntulit. Quippe oſſa monſtri illius.M.Scaurus inter alia miracula in ædilitate ſua romæ publicauit. Annalibus nota res eſt. Menſura quoque ueracibus libris continetur: ſcilicet ꝗ coſtarum lōgitudo exceſſit pedes .xl.excelſitas fuit elephantis indicis eminentior. Porro uerticuli ſpinæ ipſius latitudinem ſemipedis ſunt ſupergreſſi.

DE Iudæa in ea de fluminibus & lacubus: de balſamo: de ſodomo & gomorro:de eſſenis gentibus. Cap.xlviii.

i Vdæa illuſtris ē aquis:ſed natura non eadē aquaꝝ omniū. Iordanis amnis eximiæ ſuauitatis paneade fonte demiſſus regiones præterfluit amœniſſimas:mox in aſphaltiten lacū miſſus ſtagno corrumpitur. Qui aſphaltites gignit bitumen: animal non habet:nihil in eo mergi poteſt. Tauri etiam camelique impune ibi fluitant. Eſt & lacus ſara extēſus paſſuum ſexdecim milibus : circūſeſſus urbibus plurimis & celebribus: ipſe par optimis. Sed lacus tiberiadis omnibus āteponitur ſalubris ingenio æſtu & ad ſanitatē uſu efficaci. Iudææ caput fuit hieruſolyma ſed exciſa eſt. Succeſſit hiericus : & hæc deſit caput eſſe

Ataxerxis bello ſubducta callirhoe. Hieruſolymis ꝓxīat fons calore medico ꝓbatiſſius:& ex ipſo aquaꝝ præconio ſic uocatus eſt. In hac terr: balſamum naſcitur:quæ ſilua inter terminos uiginti iugerum uſque ad uictoriam noſtrā fuit. At cum iudæa potiti ſumus: ita luci illi ꝓpagati ſunt:ut iā nobis latiſſimi colles ſudent balſama. Similes uitibus ſtirpes habent:malleolis digerunt:raſtris niteſcūt: aqua gaudent:amāt amputari: tenacibus foliis ſempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro nec mora moritur. Eaꝓpter aut uitro aut cultellis oſſeis uel in ſolo cortice artifici plaga uulneratur:e qua eximiæ ſuauitatis gutta manat. Poſt lachrymam ſecundū in preciis locum poma optinent:cortex tertium : ultimus honos ligno. Longe ab hieruſolymis receſſu triſti ſinus panditur: quem de cælo tactum teſtatur humus nigra & in cinerem ſoluta. Ibi duo oppida : ſodomum nominatum:alterum gomorrum. Apud quæ pomum quod gignitur : habeat licet ſpeciem maturitatis:mandi tamen non poteſt. Nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tātum extimæ cutis prohibet:quæ uel leui tactu preſſa fumum exhalat: & fatiſcit in uagum puluerem. Interiora iudææ occidentē quæ contuentur:eſſeni tenent:qui memorabili diſciplina receſſerunt a ritu gentium uniuerſarū:maieſtatis(ut reor) prouidētia ad hunc morem deſtinati. Nulla ibi fœmina. uenere ſe penitus abdicauerunt. Pecuniā neſciunt. Palmis uictitant. Nemo ibi naſcitur. Nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipſe addictus pudicitiæ eſt. Ad quem plurimi licet undique gentiū properent:nullus admittitur : niſi quem caſtitatis & innocentiæ meritum proſequatur. Nā qui reus eſt uel leuis culpæ ꝗuis ſūmopere adipiſci ingreſſum uoluerit:diuinitus ſummouetur. Ita per immenſum ſpatium ſæculorum incredibile dictu æterna gens ceſſātibus puerperiis. Engada oppidum iter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

eſſenos fuit ſed exciſum ẽ. Verum ĩclytis nemoribus ad-
huc durat decus: luciſque palmarum eminentiſſimis nihil
de æuo uel bello derogatum. Iudææ terminus maſſada
caſtellum.

DE Scythopoli oppido: de monte caſſio. Cap. xlviiii.

t Ranſeo damaſcum: philadelphiam: auraphantam.
Scythopolis nouos incolas & auctores dabo. Liber
pater cũ humo nutricem tradidiſſet: condidit hoc oppidũ:
ut ſepulturæ titulũ ẽt urbis mœnibus ãpliaret. Incolæ de-
erãt: e comitibus ſuis ſcythas delegit: quos ut animi firma-
ret ad promptã reſiſtendi uiolentiam: premiũ loci nomen
dedit. In ſeleucia alter caſſius mõs eſt antiochiæ ꝓpĩquus:
cuius e uertice uigilia adhuc q̃rta conſpicitur globus ſolis:
& breui corporis circumactu radiis caliginem diſſipantibus
illinc nox: illĩc dies cernitur. Talis ẽ caſſio ſpecula: ut lucẽ
prius uideas: q̃ auſpicetur dies.

DE Flumine eufrate & tigride: de lapidibus diuerſis.
Cap. L.

e Vfraten fundit armenia maior. ortus ſupra zizamã
ſub radicibus mõtis: quem catoten accolæ nominãt
ſcythis proximo. Hic receptis in ſe aliquot amnibus con-
ualeſcit: & ſtipatus conuenis aquis luctatur cum montis
tauri obiectu: quem apud elegæam ſcindit: licet reſiſtat
duocim milium paſſuum latitudine: lõgiſque excurſibus
dextra commagenem: arabiam leua relinquit. Deĩde præ-
labens plurimas gentes babyloniam quondam chaldæoꝝ
caput diuidit. Meſopotamiã opimat ĩundationis annuæ
exceſſibus inſtar ægyptii amnis terras contingens inuecta
ſoli fœcunditate. Iiſdem ferme temporibus quibus nilus
exit: ſole ſcilicet parte cancri uiceſima conſtituto. Tenuatᷣ
cum iam leone decurſo ad extima uirginis curricula fa-
cit tranſitũ. quod gnomonici ſimilibus parallelis accidere
contendunt. quos pares in terrarum poſitione æqualitas

normalis facit lineæ. Vnde apparet iſta duo flumina ad
modulũ eiuſdẽ ꝑpẽdiculi cõſtituta: licet e diuerſis manẽt
plagis: eaſdẽ ĩcrementi cauſas habere. De tigride quoque
hoc loco dicere par eſt. In armeniæ regione caput tollit:
mire q̃ lucidum conſpicuo fonte in loco edito: qui egelos
nominatur. Nec tamen ab exordio ſtatim totus ẽ. Primũ
pigre fluit non ſuo nomine. At cum fines mœdorum in-
uectus eſt: ſtatim tigris dicitur. ita enim nominant mœdi
ſagittam. Influit in arethuſam lacum pondera ſuſti-
nentem: cuius piſces nunq̃ ſe alueo tigridis miſcẽt: ſicut
nec amnici piſces in lacum cõfluunt arethuſæ: per quam
diſſimili colore & ueloci meat curſu. Mox tauro reſiſtẽte
in profundum ſpecum mergitur: quem ſubter labens in
altero eius latere apud zomadam emicat: uluas & purga-
menta plurima ſecum trahens. Deinde identidem abſcõ-
ditur: rurſuſque redditur. Adiabenos arabaſque præter-
fluit: meſopotamiam amplectitur: amnem nobiliſſimum
choaſpen accipit: eufratem defert in ſinum perſicum.
Quæcunq; eufratem bibũt gentes: diuerſo nitent lapide.
Zmilanthis in ipſo eufratis alueo legitur gemma ad ima-
ginem marmoris procõnenſis: niſi q̧ in medio umbilico
lapidis iſtius glauci uelut oculi pupula internitet. Sagada
a chaldæis ad nos uſque profluxit haud facilis repertu: ni
(ut perhibent) ipſa capeſſendam ſe daret. Nanque ĩgeĩta
ſpiratus efficacia ſupermeantes naues e profundo petit: &
carinis incorporatur ita tenaciter: ut niſi abraſa parte ligni
ægre ſeparetur. Ea ſagada apud chaldæos ꝓpter effectus
quos ex ea ſciunt: habetur loco principe: cæteris propter
gratiam magis complacet iucundiſſime uirens. Myrrhites
parthis eſt familiaris. Hũc ſi uiſu æſtimes: myrrhæ color
eſt: & non habet: quod afficiat aſpectum. Si penitus ex-
plores & attritu ĩcites ad calorem: ſpirat nardi ſuauitatẽ.
In perſide lapidum tanta copia ẽ: tantaque diuerſitas: ut

VNIVERSIDAD DSALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL

longum pene ſit ipſis uocabulis ĩmorari. Mithridax ſole percuſſa coloribus micat uariis. Tegolitus nucleo oliuæ ſimilis ſpernitur: cum uidetur: ſed remediis bonus uincit aliorum pulchritudinem. Solutus quippe & hauſtus pulſis calculis renum dolores ac ueſicæ leuat. Hammochryſos arenis auro intermixtus nunc bratearum nunc pulueris habet quadrulas. Aetites & fuluus eſt: & tereti poſitione alterum lapidem intrinſecus cohibens: cuius ſtrepitu ſonorus eſt cum mouetur: quãlibet tinnitum illum non internũ ſcrupulum facere: ſed ſpiritum ſciẽtiſſimi dicunt. Hũc aetitem Zoroaſtres præfert omnibus: maximamque illi tribuit poteſtatem. Inuenitur autem in nidis aquilæ: aut in littoribus oceani. In perſide tamẽ plumis ſubnexus ſpem uentris defendit a fluxibus abortiuæ. Phyrithes fuluius eſt: tenerique uehementius ſe non ſinit. ac ſi quando artiori manu premitur: digitos adurit. Galazias grãdinis & candorem præfert & figuram duritia robuſtiſſima & inuicta. Echidnes uipereas habet maculas. Dionyſias fuſcus rubentibus notis ſparſus. Idem ſi aquæ mixtus conteratur: uinum flagrat: & quod in odore mirificum eſt: ebrietati reſiſtit. Gloſſopetra deficientibus lunis cælo cadit. Linguæ eſt ſimilis humanæ: non modicæ (ut magi ferunt) poteſtatis: qui ex ea lunares motus excitari putãt. Solis gemma percandida eſt ad ſpeciem fulgidi ſyderis: rutiloſque ex ſe iacit radios. Veneris crinis nitet nigro: internis ductibus oſtentans rufforum crinium ſimilitudinẽ. Selenites tranſlucet nitore candido continẽs lunæ imaginem: quam iuxta curſum auſtri ipſius perhibent ſingulis diebus uel minui uel augeri. Meconites papauera exprimit. Myrmecites reptantis formicæ effigiem notat. Calcophtongos reſonat: ut pulſata æra. Pudice hĩtus ſeruat uocis claritatem. Syderites a contemplatione ferri nihil diſſonat. V. rum maleficus quoquo inferatur diſcordias



excitat. Flogites oſtentat ĩtra ſe quaſi flammas æſtuãtes. Antrachas coruſcat uelut ſintillantibus ſtellis. Enhydrus exudat: ut clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.

DE Cilicia: in ea cydnus amnis: antrum coricium: mons taurus. Cap. Li.

C Iliciam de qua agitur: ſi ut nunc eſt loquamur: derogaſſe uidebimur ei de uetuſtate. Si terminos ſequmur quos habuit olim: abſonum eſt a contemplatione rerum præſentium. Ergo inter utranque culpam: factu optimum eſt: amborum tẽporum ſtatum proſeq. Cilicia ãtea uſque ad peluſium ægypti pertinebat: lydis: mœdis: armenis: pãphilia: cappadocia ſub ĩperio cilicũ cõſtitutis. Mox ab aſſyriis ſubacta in breuiorem modum ſcripta eſt. Plurima iacet cãpo: ſinu lato recipiens mare iſſicum a tergo montium tauri & amaniti iugis clauſa. A Cilice nomen trahit: quem ætas priſtina pene ultra æuum memoriæ abſcondit. Hunc Phœnice ortum: qui antiquior Ioue de primis terræ alumnis habetᷣ. Matrem urbiũ habet tarſon: quam Daneæ proles nobiliſſima Perſeus locauit. Hanc urbem interſecat cydnus. Hunc cydnum alii præcipitari tauro: alii deriuari ex alueo choaſpis tradiderũt. Qui choaſpes ita dulcis ẽ: ut perſici reges q̃diu intra ripas perſidis fluat ſoli: ſibi ex eo pocula uendicauerint: & cum eundum foret peregre aquas eius ſecum uectitarent. Ex illo igitur cydnus mirum trahit ſuauitatem. Quicquid candidum ẽ cydnum gentili lingua ſyri dicũt: unde amni huic nomen datum. Tumet uere cum niues ſoluuntur: reliqua parte anni tenuis eſt & quietus. Circa coricium ciliciæ crocum plurimum optimumque: det licet cilicia: det cyrena: det lycia: hoc primum eſt. ſpirat flagrantius: colore plus aureo eſt ſuccoque citius ꝓficit ad medelam. ibi coricus oppidum eſt: & ſpecus qui montem impoſitum maria ſũmo cauat uertice: patulus hiatu ampliſſimo. Nam detectis

lateribus in terræ profundum nemoroſo orbe amplectit̃ mediam inanitatem: uirens introrſus lucis pendentibus. Deſcenſus in eum per duo milia & quingentos paſſus nõ ſine largo die: hinc inde fõtium aſſidua ſcaturigine. Vbi peruentum ad ima primi ſinus: alter rurſum ſpecus panditur: quod antrũ latis primũ patet faucibus: poſtmodũ in proceſſu per anguſtias obſcurat̃. In eo ſacrum eſt Iouis fanum: in cuius receſſu intimo Tiphonis gigantis cubile poſitũ accolæ credunt. Heliopolis antiquũ oppidũ ciliciæ fuit: patria Chryſippi ſtoicæ ſapientiæ potẽtiſſimi: quod a Tigrane armenio ſubactum ẽ: & diu poſt põpeiopolĩ deuictis cilicibus Cneus Magnus cognoĩauit. Mons taurus ab indico primum mari ſurgit: deinde a ſcopulis cælidõis inter ægyptum & pamphilium pelagus obiectus ſeptentrioni dextero latere: læuo meridianæ plagæ: occidenti obuerſus fronte profuſa. Palam eſt terras eum continuare uoluiſſe penetrato mari niſi profundis reſiſtentibus extẽdere radices ſuas uetaretur. Deniq; qui periclitãt̃ naturas locorum: tentaſſe eum omnes exitus promõtoriis ꝓbant. Nam quoquouerſus mari alluitur: ꝓcedit ĩ prominẽtias: ſed modo intercluditur phœnicio: modo pontico ſinu: interdum caſpio uel hyrcano: quibus renitentibus ſubĩde fractis contra meonium lacum flectit̃: multiſq; difficultatibus fatigatus riphæis iugis annectitur. Pro gentium ac lĩguarum uarietate pluriſariã nominatus: apud indos Iamus mox prophaniſus: choatras apud parthos: poſt niphates: ĩde taurus. at ubi ĩ excelſiſſimam conſurgit ſublimitatem caucaſus. Interea etiam a populis appellationẽ trahit. a dextro latere caſpius dicitur uel hyrcanus: a læuo amazonicus: mox cichus: ſcythicus. Ad hæc uocabula habet multa alia. Vbi dehiſcit: hiulcis iugis facit portas: q̃ꝝ primæ ſũt armeniæ: tum caſpiæ: poſt ciliciæ. In græciam uerticẽ exerit: ubi ceraunius prædicatur. A ciliciæ finibus

aſiaticum limitem deſpicit. Quantus meridiem uidet: ſole inæſtuat. quicquid ſeptentrioni oppoſitum: uento tũditur & pruina. quod ſilueſtre ẽ: efferatur multis beſtiis & leonibus immaniſſimis.

Lycia. Cap. Lii.

q Vod in campania ueſubius: in ſicilia ætna: hoc in lycia mons chimera. Hic mons nocturnis æſtibus fumidum exhalat. Vnde fabula triformis mõſtri ĩ uulgũ data eſt: ꝙ chimeram animal putauerunt. Et quoniã natura ibidem ſubeſt ignea: Vulcano urbem proximã lycii dicauerunt: quam de uocabulo ſui nominis epheſtiam dicũt. Olympus quoq; inter alia oppidũ ibi fuit nobile: ſed intercidit. nunc caſtellum eſt: infra quod aquæ regiæ ob inſigne fluoris ſpectaculo ſunt uiſentibus.

Aſia: in ea de urbe epheſo: de animali bonnaco: de mõte mimãta: de Homeri & Heſiodi temporibus: de ſepulcris Aiacis & Memnõis: de Mẽnonis auibus: de chamæleõte uerme: de ciconia aue: de origine galactarũ. Cap. Liii.

ſ Equtur aſia. Sed nõ eã aliam loquor: quæ in tertio orbis diuortio termĩos ãnes habet ab ægyptio mari nilum: meotio lacu tanaim: uerum eam quæ a telmeſſo lyciæ incipit: unde etiam carpathius auſpicat̃ ſinus. Eam igitur aſiam ab oriente lycia includit & phrygia: ab occidẽte ægæa littora: a meridie mare ægyptium: paphlagonia a ſeptentrione. Epheſus in ea urbs eſt clariſſima. Epheſo decus templum Dianæ amazonum fabrica adeo magnificum ut Xerxes cum omnia aſiatica tẽpla igni daret: huic uni pepercerit. Sed hæc Xerxis clæmentia ſacras ædes nõ diu a malo uindicauit. Nanque Heroſtratus ut nomen memoria ſceleris extenderet: incendium fabricæ nobilis manu ſua ſtruxit: ſicut ipſe faſſus ẽ uoto adipiſcẽdæ famæ latioris. Notatur ergo eadem die cõflagrauiſſe templum epheſi: qua Alexander Magnus pelle natus eſt. qui oritur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ut Nepos edit. M. Fabio Ambuſto: Tito Quĩtio capitolino cõſulibus poſt romã cõditam anno.ccc.lxxxv. Id téplũ cum poſtmodũ ad cultum anguſtiorem epheſii reformarent: faber operi Dinocrates fuit: quem Dinocratem Alexandri iuſſu alexandriam ĩ ægypto metatum ſupra expoſuimus. Nuſq̃ auté orbe toto tam aſſiduos terræ motus & tam crebras urbium demerſiones q̃ ĩ aſia eſſe: cladibus aſiaticis patuit: cum Tiberio prĩcipe urbes duodecĩ ſimul una ruina ceciderint. Ingenia aſiatica inclyta per gentes. Fuere poetæ Anacreon: inde Mĩnermus: & Antimachus: deinde Hipponax: deinde Alcæus: inter quos ét Sappho mulier. Et hiſtoriæ cõditores Xanthus Aegathæus Herodotus cum quibus Ephorus & Theopõpus. Nã de ſepté ſapientia præditis Bias Thales Pittacus: Cleantes ſtoicæ eminétiſſimus: Anaxagoras naturæ indicator. Heraclytus etiam ſubtilioris doctrinæ arcanis immoratus. Aſiam excipit phrygia: in q̃ celenæ: quæ antiquato priori nomine in apamæam tranſiere oppidũ a rege Seleuco poſtmodũ conſtitutum. Iſtic Marſias ortus: iſtic & ſepultus. Vnde qui proximat fluuius marſias dicitur. Nã ſacrilegi certaminis factum & audaces in deum tibias teſtantur nõ ꝓcul ualles: quæ euentum geſtæ rei ſignant: & apamæa decem milibus paſſuum ſeparata aulocrene uſque adhuc dicit᷑. Ex arce huius oppidi meander amnis caput tollit: qui recurrentibus ripis flexuoſus ĩter cariã & ioniam præcipitat᷑ in ſinum qui miletum diuidit & prienam. Ipſa phrygia troadi ſuperiecta eſt: aquilonia parte galaciæ collimita: a meridiana lycaoniæ piſidiæ mydoniæque contermina: ab oriente uicina lydiæ: a ſeptentrione mœſiæ cariæ: a parte qua dies medius eſt: mons lydiæ & tmolus croco florentiſſimus. Amnis pactolus: quem aurato fluore inclytum aliter chryſoroan uocant. In his locis animal naſcitur: quod bonnacum dicunt: cui taurinum caput ac

deinceps corpus omne: tantum iuba equina: cornua auté ita multiplici flexu in ſe recurrentia: ut ſiqs ĩ ea offendat: non uulneretur. Sed quicquid præſidii monſtro illi frõs negat: aluus ſufficit. Nam cum in fugam uertit: ꝓluuie citi uétris fimũ egerit ꝑ lõgitudiné triũ iugerũ: cuius ardor qcqd attigerit urit. ita egerie noxa ſummouet ĩſequentes. Miletos ioniæ caput: Cadmi olim domus: ſed eius qui primus inuenit proſæ orationis diſciplinam. Nam non lõge epheſo colophon ciuitas nobilis oraculo Clari Apollinis. unde haud ꝓcul mimas ſurgit: cuius uertices de nubibus ſuperuolantibus futuræ tempeſtatis ſignificãt qualitaté. Caput meoniæ ſypilus excipit cantalis ãtea dictus: & ĩ illa uocabuli memoria orbitatibus datus Niobe. Smyrnam meles circunfluit inter aſiatica flumina fluore præcipuus amnis. Smyrneos campos hermus ſecat: q ortus dorilao phrygiam ſcindit a caria. Hunc quoque hermũ fluctibus aureis æſtuaſſe antiquitas credit. Smyrna: unde præcipue enitet: Homero uati patria extitit: qui poſt ilium captum anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Agrippa Siluio Thyberini filio albæ regnante anno ante urbem conditam centeſimo ſexageſimo. inter quem & Heſiodum poetam qui in auſpiciis olympiadis primæ obiit: centum trigita octo anni interfuerunt. In retheo littore athenienſes et mitylenæi ad tumulum ducis theſſalici achilleõ oppidum cõdiderunt: quod propemodum interiit. Deĩde ĩterpoſitis ferme.xl. ſtadiis in altero cornu eiuſdé littoris ob honorem ſalamini Aiacis alterum oppidum: cui eantio datũ nomen: rhodii condiderũt. At iuxta ilium Ménonis ſtat ſepulcrum: ad quod ſempiterno ab æthiopia cateruatim aues aduolant: quas ilienſes memnonias uocant. Creméntius auctor eſt: has eaſdem ãno quinto in æthiopia cateruatim coire: & undique uerſum quouſq̃ gentium ſint: ad regiã Ménonis cõuenire. Mediterranea quæ ſũt ſupra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

troadis partem theutrani tenent: regio quæ prima mœſoꝝ
fuit patria. Theutrania perfunditur caico flumine. Per
omnem aſiam chamæleon plurimus animal quadrupes:
facie qua lacertæ: niſi crura recta & longiora uentri iunge-
rentur: prolixa cauda: eademque in uertiginem torta: ha-
mati ungues ſubtili aduncitate: inceſſus piger fere idem q
teſtudinum motus: corpus aſperum: cutem qualem ĩ cro-
codilis deprehendimus: ſubducti oculi & receſſu concauo
recepti: quos nũq̄ nictatione obnubit. uiſum non circũ-
latis pupulis: ſed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus eius
æternus: ac ſine ullius uſus miniſterio: quippe cum neq;
cibum capiat: neque potu alatur: nec alĩmẽto alio q̄ hau-
ſtu aeris uiuat. color uarius & in momẽta uariabilis ita: ut
cuicunque rei ſe coniunxerit: cõcolor ei fiat. Colores duo
ſunt: quos fingere non ualet: rubeus & candidus: cæteros
facile mentitur. Corpus pene ſine carne: uitalia ſine liene:
nec niſi in corculo pauxillum ſanguinis deprehenditur.
Latet hyeme: producit̃ uere. Impetibilis eſt coraci: a quo
cum interfectus eſt: uictorem ſuum perimit interemptus.
Nam ſi uel modicum ales ex eo ederit: ilico moritur. Sed
corax habet præſidium ad medelam natura manũ por-
rigente. Nam cum afflictum ſe intelligit: ſumpta frõde
laurea recuperat ſanitatem. Pythonoſcomes eſt ĩ aſia lo-
cus in campis patentibus: ubi primo aduentus ſui tẽpore
ciconiæ aduolant: & eam quæ ultima aduenerit: laniant
uniuerſæ. Aues iſtas ferunt linguas non habere: ueꝝ ſonũ
quem crepitant oris potius q̄ uocis eſſe. Eximia illis ineſt
pietas: etenim q̄tum temporis impenderint fœtibus edu-
cãdis: tantum & ipſæ a pullis inuicem aluntur. Ita enim
impenſe nidos fouẽt: ut ĩcubitus aſſiduitate pẽnas exuãt.
Noceri iis omnibus qdẽ locis nefas ducunt: ſed ĩ theſſalia
uel maxime: ubi ſerpentum copia eſt: quos dum eſcandi
gratia inſectantur: regionibus theſſalicis plurimum mali



detrahunt. Gallaciã primis ſæculis priſcæ galloꝝ gẽtes oc-
cupauerũt. Tholoſoci: ueturi: ãbituiti. quæ uocabula ad-
huc permanẽt: q̄uis gallacia ũde dicta ſit: ipſo ſonat noĩe.

Bithynia: in ea Hãnibalis exitus. Cap. Liiii.

b Ithynia ĩ ponti exordio ad partem ſolis orientis ad-
uerſa thraciæ opulenta ac diues urbium a pontibus
ſagari fluminis primos fines habet: ãte bebrycia dicta: de-
inde mygdonia: mox a Bithynio rege bithynia dicta. In ea
pruſiadem urbem & alluit hyzas flumen: & perſpergit hy-
las lacus: in quo reſediſſe credũt delicias Herculis Hylam
puerum nymphis rapinam: in cuius memoriã uſq; ad huc
ſolẽni tripudiatione lacum populus circuit: & Hylã uoce
clamant. In bithynio quoque agro libyſſa locus nicho-
mediæ proximus ſepulcro Hãnibalis datus: qui poſt car-
thaginenſe iudicium tranſfuga ad regem Antiochum:
deĩde poſt Antiochi apud thermophilas tam malam pu-
gnam fractumque regem fortunæ uicibus in hoſpitium
Pruſiæ deuolutus ne traderet̃ Tito Quĩtio ob hãc cauſã ĩ
bithyniã miſſo captiuuſq; romã uẽiret: ueneni mali pocu-
lo animã expulit: & a romanis ſe uinculis morte defẽdit.

Ora pontica. Cap. Lv.

i N ora põtica poſt boſphori fauces: & reſſum ãnẽ:
portumque calpas ſagaris fluuius ortus ĩ phrygia:
dictuſque a pleriſque ſagarius exordium facit mariandini
ſinus: in quo oppidum heraclæa appoſitum lyco flumini:
& aconæ portus qui prouentu malorum graminum uſq;
eo celebris ẽ: ut noxias herbas aconita illinc nominemus.
Proximus inde acheruſius ſpecus: quem foraminis cæci ꝓ-
fundo aduſque inferna aiunt patere.

Paphlagonia. Cap. Lvi.

p Aphlagoniam limes a tergo gallaticus ãplectit̃. Ea
paphlagonia a carabi promõtorio ſpectat tauricã:
conſurgit cythoro monte porrecto in ſpatium miliũ triũ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

& ſexaginta inſignis loco heneto:a quo(ut Cornelius Ne-
pos perhibet) paphlagones ĩ italiam trãſuecti mox ueneti
ſunt nominati. Plurimas in ea regione urbes mileſii cõdi-
derunt. Eupatoriam Mithridates : quæ ſubacta a Põpeio
pompeiopolis eſt dicta.

Cappadocia:in ea de equis. Cap.Lvii.

c Appadocia gentium uniuerſarũ quæ pontũ accolũt
præcipue introrſus recedit. Latere læuo utraſq; armenias
& cõmagenem ſimul tranſit: dextro plurimis aſiæ populis
circunfuſa attollitur ad tauri iuga & ſolis ortus. præterit
ly aoniam : piſidam: ciliciam. Vadit ſuper tractum ſyriæ
antiochiæ: parte regionis alterius in ſcythiam pertendens:
ab armenia maiore diuiſa eufrate ãne. quæ armeniæ unde
panhydri montes ſunt auſpicatur. Multæ in cappadocia
urbes ĩclytæ. Verum ut ab aliis referamus pedem:coloniã
archelaidem:quam deduxit Claudius Cæſar halys præter-
fluit. Neocæſaream lycus alluit. Melitam Semiramis cõ-
didit. Mazacham ſub argeo ſitã cappadoces matrẽ urbiũ
numerãt. Qui argeus niualibus iugis arduus ne æſtiuo
quidem torrente pruinis caret: quemque ĩdigenæ populi
habitari deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorum
& prouentui equino accommodatiſſima eſt:quorum hoc
in loco ingenium reor proſequendum. Nam equis ineſſe
iudicium documentis plurimis patefactum: cum iam ali-
quot inuenti ſunt:qui nõ niſi primos dominos recogno-
ſcerent:obliti manſuetudinis ſiquando mutaſſẽt cõſueta
ſeruitia. Inimicos partis ſuæ norunt adeo:ut inter prœlia
hoſtes petant morſu. Sed illud maius eſt : ꝙ rectoribus
ꝑditis quos diligebant accerſunt fame mortem. Verũ hi
mores ĩ genere equoꝝ præſtantiſſimo reperiuntur. Nam
qui infra nobilitatem ſati ſunt:nulla documenta ſui præ-
buerunt. Sed ne quid uideamur dicendi licentia contra
fidem arrogaſſe:exemplum frequẽs dabimus. Alexandri



Magni equus bucephalas dictus ſiue de aſpectus toruita-
te:ſiue ab inſigni ꝙ taurinum caput armo ĩmixtũ hẽbat:
ſiue ꝙ in fronte eius quædam corniculorum minæ protu-
berabant:cum ab equario ſuo alias etiam molliter ſederet:
accepto regio ſtratu neminem unq̃ alium præter dominũ
uehere dignatus eſt. Documenta eius ĩ prœlio multa ſũt:
quibus Alexandrum e duriſſimis certaminibus ſoſpitem
ope ſua extulit.quo merito effectum:ut defuncto ĩ india
exequias rex duceret:& ſupremis ſepulcris daret:urbem ẽt
conderet : quam in nominis memoriam bucephalam no-
minauit. Equus.C.Cæſaris nullum præter Cæſarẽ dorſo
recepit:cuius priores pedes facie ueſtigii humani tradunt
fuiſſe:ſicut ãte Veneris genitricis ædem hac effigie ĩ roma
locatus eſt. Regem ſcytharum cum ſingulari certamine
interemptum aduerſarius uictor ſpoliare uellet : ab equo
eius calcibus morſuque ẽ laceratus. Agragrantina etiam
regio frequẽs eſt equorum ſepulcris: quod munus ſupre-
mitatis meritis datum credimus. Voluptatem his ineſſe
circi ſpectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cã-
tibus tibiarum: quidam ſaltationibus : quidam colorum
uarietate:nonnulli etiam accenſis facibus ad curſus ꝓuo-
cantur. Affectum equinum lachrymæ probant. Denique
ĩterfecto Nicomede rege equus eius ĩedia uitam expulit.
Cũ prœlio Antiochus galathas ſubegiſſet: Cintareti noĩe
ducis qui ĩ acie ceciderat equũ ĩſiluit ouaturus. iſq; adeo
ſpreuit lupatos : ut de induſtria cernuatus ruina pariter
& ſe & equitem affligeret. Ingenia equorum & Claudii
Cæſaris circenſes ꝓbauerũt: cũ effuſo rectore q̃drigæ cur-
ſus æmulos non minus aſtu q̃ uelocitate præuerterent:&
poſt decurſa legitima ſpatia ad locum palmæ ſponte cõ-
ſiſterent: uelut uictoriæ premium poſtularent. Excuſſo
quoque auriga:quem Rutimanam nominabant : relicto
certamine ad capitoliũ q̃driga ꝓſiluit: nec ante ſubſtitit:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

q̄ tarpeiũ Iouem trina dextratione luſtraſſet. In huiuſce
animalis genere ætas lõgior maribus. Legimus ſane equũ
ad ãnos.lxx.uixiſſe. Iam illud non uenit in ambiguum:
ꝙ in annum tertium & triceſimum generant: utpote qui
etiã poſt uiceſimũ mittantur ad ſobolem reficiendã. No-
tatum etiam aduertimus opontem nomine equum ad
gregariam uenerem duraſſe in ãnos.xl. Equarum libido
extinguitur iubis tonſis: in quarum partu amoris naſcit̃
beneficium: quod in frontibus referunt recens editi: fuluo
colore caricis ſimile. hippomanes nominat̃. quod ſi præ-
reptum ſtatim fuerit: nequaq̄ mater pullo præbet ubera
fellitanda. Quo quis acrior fuerit ſpeique maioris: eo ꝓ-
fundius nares merſitat in bibendo. Mas ad bella nunq̄
ꝓducitur apud ſcythas: eo ꝙ fœminæ exonerare ueſicas ẽt
in fuga poſſunt. Edunt equæ etiam uentis conceptos: ſed
hi nunq̄ ultra teriennium æuum trahunt.

Aſſyria: ĩ ea de unguentoꝝ origine. Cap.Lviii.

a Sſyriorum initium adyabene facit: in parte cuius
abelitis regio eſt: quem locum uictoria Alexandri
Magni non ſinit præteriri. Nam ibi copias Darii fudit:
ipſum ſubegit: expugnatiſque eius caſtris ĩ reliquo appa-
ratu regis ſcrineum unguentis refertum repperit: unde
primũ romana luxuria fecit ĩgreſſus ad odores pegrinos.
aliquantiſper tamen uirtute ueterum ab hac uitiorum
illecebra defenſi ſumus: atque adeo in tempus cenſorum
Publii Craſſi & Caii Cæſaris: qui edixerunt ãno urbis cõ-
ditæ quingenteſimo.lxv.ne quis unguenta inueheret pe-
regrina. Poſtmodum uicerũt noſtra uitia: & ſenatui adeo
placuit odorum adhibita delitia: ut ea etiã in penetralibus
tenebris uteretur. ſicut. L. Plocium fratrem Planci bis cõ-
ſulis proſcriptum a triũ uiris ĩ ſalernitana latebra unguẽ-
ti odor prodidit.

DE Arbore mœdiæ. Cap.Lviiii.

h Os terrarum ductus excipit mœdia: cuius arbor in-
claruit etiam carminibus mantuanis. Ingens ipſa:
& cui tale ferme: quale unedonibus folium eſt. tãtum eo
differt: ꝙ aculeatum ſpinoſis faſtigiis hiſpidat̃. geſtat ma-
lum ĩimicũ uenenis ſapore aſperũ: & amaritudĩs meræ:
odoris autem fragrãtia plus q̄ iocundum lõgeque ſẽſibile.
Veꝝ pomo illi tãta ubertas ĩẽ: ut onere ꝓuentus ſẽp gra-
uetur. Nã ꝓtinus atq; poma eius deciderunt maturitate:
alia ꝓtuberant: eaq; tantum eſt opimitati mora: ut fœtus
decidant ante nati. Vſurpare ſibi nemora iſta optauerũt
& aliæ nationes per induſtriam germinis trãſferendi: ſed
beneficium ſoli mœdiæ datũ natura reſiſtẽte terra alia nõ
potuit mutuari.

Portæ caſpiæ. Cap.Lx.

p Ortæ caſpiæ pandunt̃ itinere manu facto lõgo octo
milibus paſſuum: nã latitudo uix ẽ plauſtro pmea-
bilis. In his anguſtiis etiã aliud aſpeꝝ: ꝙ precioſoꝝ lateꝝ
ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exudant humorem
affluentiſſimũ: q cõſtrictus ui caloris uelut ĩ glacie corpo-
rat̃. ita labes inuia acceſſum negat. Præterea octo uiginti
milium paſſuũ tractus omnis quoquo ĩde pgitur humo
arida ſine præſidio ſitit. Tũc ſerpẽtes undiq; gentium cõ-
uenæ a uerno ſtatim die illuc cõfluunt. Ita periculi ac dif-
ficultatis concordia ad caſpios niſi hyeme acceſſus negat̃.

Direum margine regio. Cap.Lxi.

a Caſpiis ad orientem uerſus locus ẽ: quod direum
appellãt: cuius ubertati non ẽ quippiam quod cõ-
parari queat: quẽ locũ circunſident capirinaci & hyrcani.
Ei ꝓximat margine regio ĩclyta cæli ac ſoli cõmodis: adeo
ut in toto illo latifundio uitibus ſola gaudeat: in faciem
theatralẽ mõtibus clauditur ãbitu ſtadioꝝ mille quingen-
toꝝ ĩacceſſa pene ob incõmodũ arenoſæ ſolitudĩs: quæ p
cẽtũ & uigĩti milia paſſuũ undiq; uerſum circunfuſa eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Regionis huius amœnitatem Alexander Magnus uſqueadeo miratus eſt: ut ibi primã alexãdriã conderet. quã mox a barbaris exciſã Antiochus Seleuci filius reformauit: & de nũcupatione domus ſuæ dixit ſeleuciam. Cuius urbis circuitus diffunditur in ſtadia. lxxv. In hãc Orodes romanos captos craſſiana clade deduxit. Et aliud caſpiis Alexãder oppidũ cõſtruxit: idq; eraclia dictũ manebat: ſed hoc ab iiſdem euerſum gentibus: deĩde ab Antiocho reſtitutũ ut ille maluit poſtmodũ nominatum eſt.

Oxus amnis: gẽs circa eum: terminus itineris Liberi patris & Herculis: de chamelorum natura. Cap. Lxii.

o Xus amnis de lacu oxo oritur: cuius hĩc inde bactri & oxiſtacæ accolunt: ſed præcipuam partem bactri. Bactris præterea ẽ ꝓprius amnis bactros: unde & oppidũ quod incolunt bactron. Gentis huiuſce pone ſũt ꝓpanis iugis ãbiũť. quæ aduerſa ĩdis fõtibus terminãť: reliqua ĩcludit oxus flumen. Vltra hos panda oppidum ſogdianorum: in quorum finibus Alexander Magnus tertiam alexandriam cõdidit ad cõteſtandos itineris ſui terminos. Hic enim eſt locus ĩ quo primum a Libero patre: poſt ab Hercule deinde a Semiramide: poſtremo autẽ a Cyro aræ ſũt cõſtitutæ: quod ꝓximum gloriæ omnes duxerunt illo uſq; promouiſſe itineris ſui metas. Vniuerſi eius ductus duntaxat ab illa terraꝝ parte laxates fluuius ſecat fines: quẽ tamẽ laxatẽ ſoli bactri uocant. nam alii ſcythæ ſylim nominant. Hunc eundem eſſe tanaim exercitus Alexãdri Magni crediderunt. Veꝝ ubi Demodamas dux Seleuci & Antiochi ſatis idoneus uero auctor tranſuectus amnẽ iſtũ titulos omnes ſupergreſſus ẽ: alium eſſe q̃ tanaim deprehendit. Ob cuius gloriæ ĩſigne dedit nõi ſuo ut altaria ibi ſtrueret Apollini didymeo. Hoc ẽ colliminũ in quo limes pſicus ſcythis iungiť: quos ſcythas perſæ lĩgua ſua ſacas dicũt: & ĩuicẽ ſcythæ perſas chorſacos nominant: mõtẽq; caucaſũ croucaſim id ẽ niuibus cãdicantem. Dẽſiſſima hic populoꝝ frequentia cũ parthis legem placiti ab exordio moris ĩcorrupta cuſtodit diſciplina. E qbus ſũt maſſagetæ celeberrimi: & eſſedones: ſatarchæ: & apalei. poſt quos ĩmaniſſimis barbaris ĩteriacentibus de ritu aliaꝝ nationũ pene ĩconſtanter diffinitum aduertimus. Bactri camelos mittunt: licet & arabia plurimos. Verum hoc differunt: ꝙ arabici bina tubera in dorſo habent: ſĩgula bactriani. Hi nunq̃ pedes atterunt. ſunt. n. illis reciprocis qbuſdã pulmunculis ueſtigia carnulenta. unde & contraria eſt labes ambulantibus nullo fauente præſidio ad niſum ĩſiſtendi. Habentur in duplex miniſterium. Sunt alii oneri ferẽdo accõmodati: alii pniciores. Sed nec illi ultra iuſtum pondera recipiunt: nec iſti amplius q̃ ſolita ſpatia uolũt egredi. Genituræ cupidine efferantur adeo: ut ſæuiant cum uenerem reqrunt. Oderunt equinum genus. ſitim etiam ĩ q̃driduum tolerant. Veꝝ cum occaſio bibendi data eſt: tantum ĩplenť: q̃tũ & ſatiet deſideria præterita & ĩ futuꝝ diu ꝓſit. Lutulentas aq̃s captant: puras refugiũt. deniq; niſi cenoſior liquor fuerit: ipſi aſſidua cõculcatiõe limum excitant: ut turbideť. Durant in annos centum: niſi forte tranſlati in peregrina inſolentia mutati aeris morbos trahant. Ad bella fœminæ præparanť. Inuentumq; eſt: ut deſiderium eis coitionis quadam caſtratione execeť. Putãt. n. ſ. eri ualidiores: ſi coitibus arceanť.

Seres & ſericum. Cap. Lxiii.

q Va ſcythico oceano & mari caſpio in oceanum eoum curſus flectiť: ab exordio huiuſce plagæ ꝓfundæ niues: mox lõga deſerta: poſt ãtropophagi gens aſperrima dein feris ſpatia obſita ferme dimidiã itineris partem ĩpenetrabilem reddiderunt. q̃ꝝ difficultatum terminum facit iugum mari ĩminẽs: quod tabin barbari dicunt. Poſt hæc adhuc lõgĩq̃s ſolitudines. Sed in tractu eius oræ: quæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſpectat æſtiuum oriētē: poſt ı̄humanos ſitus primos ho-
minū ſeres cognoſcimus: q aq̄ꝝ aſpergie ı̄ ūdatis frōdibus
uellera arboꝝ adminiculo depectūt liquoris: & lanuginis
teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequm. Hoc
illud ſericum in uſum publicū damno ſeueritatis admiſ-
ſum. e quo oſtendere potius corpora q̄ ueſtire primo fœ-
minis: nunc etiā uiris luxuriæ perſuaſit libido. Seres ipſi
quidem mites: & ı̄ter ſe quietiſſimi. Alias uero reliquoꝝ
mortalium cœtus refugiunt adeo: ut cæteraꝝ gentium cō-
mercia abnuāt. Primū eoꝝ fluuiū mercatores ipſi trāſeūt:
ı cuius ripis nullo ı̄ter partes linguæ cōmercio ſed depoı̄-
ta reꝝ precia oculis æſtimātibus ſua tradūt: nr̄a nō emūt.

Gens attacorum. Cap. Lxiiii.

ſ Equitur attacenus ſinus: & gens hominum atta-
corum: quibus temperies prærogatiuam mirā aeris
clæmentia ſumminiſtrat. Arcent ſane afflatum noxium
colles: qui ſalubri apricitate undiq; ſecus obiecti ꝓhibent
auras peſtilentes: atque ideo ut Amometus affirmat: par
illis & hyperboreis genus uitæ eſt. Inter hos & ı̄diam gna-
riſſimi ciconias locauerunt.

India: ı̄ ea de ritu hominum & q̄litate: de cæli clæmētia:
de flumibus: de leucocrota beſtia: de ſerpētibus ı̄dicis: de
æle beſtia de manticora beſtia: de bubus: de monoceronte:
de āguillis: de uermibus: de balena: de fuſitere: de pſitaco:
de lucis: de ficu: de arūdibus: de arboribus: de pipis arbo-
re: de hebeno: de calamo odorato: & de lapidibus precio-
ſis. Cap. Lxv.

a Mœdis montibus auſpicatur india a meridiano
mari porrecta ad eoum & a ſeptētrione uſq; ad mō-
tem caucaſum. Terra hæc fauonii ſpiritu ſaluberrima in
anno bis æſtatē habet: bis legit frugē: uice hyemis eteſias
patit̄. Hāc Poſſidonius aduerſā galliæ ſtatuit. Sane nec
qcq̄ ex ea dubium. Nam Alexādri Magni armis cōpta &



alioꝝ poſtmodū regū diligētia pagrata penitus cognitioni
nr̄æ addita eſt. Magaſthenes ſane apud reges indicos ali-
quantiſp moratus res indicas ſcripſit: ut fidem quā ocu-
lis ſubiecerat: memoriæ cōmandaret. Dionyſius quoq; q
& ipſe a Philadelpho rege ſpectator miſſus gratia pericli-
tandæ ueritatis paria ꝓdidit. Tradunt ergo in ı̄dia fuiſſe
quı̄q; milia oppidoꝝ præcipua capacitate populoꝝ nouē
milia. Diu etiā credita eſt tertia pars eſſe terraꝝ. Nec miꝝ
ſit de hominum uel de urbium copia: cum ſoli indi nunq̄
a natali ſolo receſſerūt. Indiam Liber pater primus ı̄greſ-
ſus eſt: utpote qui indis ſubactis primus omniū triūpha-
uit. Ab hoc ad Alexandrum Magnum numerant̄ annoꝝ
ſex milia. cccc. li. additis & amplius tribus menſibus hı̄ta
per reges cōputatione: qui centum quinquaginta tres te-
nuiſſe medium æuum deprehēdunt̄. Maximi ı̄ ea amnes
ganges & indus: quoꝝ gangen qdā fōtibus incertis naſci
& nili modo exultare cōtendunt. Alii uolunt a ſcythicis
montibus exoriri. Hypanis etiā ibi nobiliſſimus fluuius:
qui Alexandri Magni iter terminat: ſicuti aræ in ripa eius
poſitæ probant. Minima gangis latitudo per octo milia
paſſuum: maxima per uigı̄ti patet. Altitudo ubi uadoſiſ-
ſimus eſt: menſura centum pedum deuorat. Gangarides
extimus ē indiæ populus: cuius rex equites mille: elephā-
tos ſeptingentos: peditum ſexaginta milia in apparatu
belli habet. Indoꝝ quidā agros exercent: militiā plurimi:
merces alii: optimi ditiſſimiq; rēpublicam curant. Reddūt
iudicia: aſſident regibus. Quietū ibi eminētiſſimæ ſapiē-
tiæ genus eſt: uita repletos incenſis rogis mortē accerſere.
Qui uero ferociori ſectæ ſe dediderunt: & ſilueſtrē agūt ui-
tā: elephātos uenāt̄: qbus perdomitis ad manſuetudinem
aut arant: aut uehunt̄. In gange inſula eſt populoſiſſima
ampliſſimam cōtinens gentem: quorum rex quinquagı̄ta
milia peditum: equitum quinquaginta quattuor milia in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

armis habet. Omnes ſane qcunq; præditi ſūt regia ptāte:
non ſine maximo elephantoꝝ eqtum etiam peditumque
numero militarem agitant diſciplinam. Praſſia gēs uali-
diſſima palibothram urbem incolūt : unde qdam gentes
illas palibothras nominauerūt. quoꝝ rex ſexcētena milia
peditum:eqtum triginta milia:elephantorum octo milia
omnibus diebus ad ſtipendium uocat. Vltra palibothrā
mōs maleus: ī quo umbræ hyeme in ſeptētriones:æſtate ī
auſtros cadūt: uiciſſitudīe hac durāte ſenis mēſibus. Sep-
tentriones in eo tractu in āno ſemel nec ultra qndecī dies
parent:ſicuti auctor eſt Bethon: q phibet hoc in īdiæ plu-
ribus locis euenire. Indo flumini ꝓpinquantes uerſa ad
meridiē plaga ultra alios torrēt calore. deniq; uī ſyderis
ꝓdit hōinum color. Mōtana pigmæi tenent. At hi qbus
uicinus eſt oceanus: ſine regibus degunt. Pandæa gens a
fœminis regitur : cui reginam primam aſſignant Herculis
filiam. et nyſa urbs regioni iſti datur. Mons etiam Ioui
ſacer metros noīe: in cuius ſpecu nutritū Liberꝝ patrē ue-
teres indi affirmant:cuius uocabuli argumento laſciuienti
famæ creditur Liberꝝ fœmine natum. Extra indi hoſtium
ſunt inſulæ duæ chryſe et argire adeo fœcundæ copia me-
talloꝝ: ut pleriq; aurea ſola eas hīe ꝓdiderint & argētea.
Indis ōibus ꝓmiſſa cæſaries nō ſine fuco cæruli aut crocei
coloris. Cultus præcipuus in gēmis:nullus funeꝝ appara-
tus. Præterea in Iubæ et Archelai regum libris editum ē:
in quantum mores populoꝝ diſſonant : hītus quoq; diſ-
crepantiſſimus. Alii lineis:alii laneis peplis ueſtiunt̄: pars
nudi : pars obſcena tātum amiculati : plurimi etiam fle-
xibilibus libris circundati. Quidam populi adeo ꝓceri:ut
elephantos uelut equos facillima inſultatione tranſiliant.
Plurimis placet neq; animal occidere:neq; ueſci carnibus.
Pleriq; tatū piſcibus alunt̄:& mari uiuunt. Sunt q ꝓxi-
mos parenteſq; prius q̄ annis aut ægritudine in maciem

eant ante uelut hoſtias cædūt : deīde pemptorum uiſcera
epulas habent. quod ibi non ſceleris:ſed pietatis loco nu-
merat̄. Sunt ēt q cū incubuere morbi : procul a cæteris in
ſecreta abeunt: nihil anxie mortem expectātes. Aſtiaco-
norū gens laureis uiret ſiluis: lucis buxeis:uitium uero &
arborum uniuerſarum:quibus gratia dulcis ē:prouētibus
copioſiſſima. Philoſophos habent indi:gymnoſophiſtas
uocant:qui ab exortu aduſque ſolis occaſū contētis ocu-
lis orbem candentiſſimi ſyderis contuentur in globo ignis
rimantes ſecreta quædam: areniſque feruentibus perpetē
diem alternis pedibus inſiſtunt. Ad montem qui nihilo
dicitur : habitant quibus aduerſæ plantæ ſunt : & octoni
digiti in plātis ſingulis. Megaſthenes per diuerſos indiæ
montes eſſe ſcribit nationes capitibus caninis : armatas
unguibus:amictas ueſtitu tergorū : ad ſermonem huma-
nū nulla uoce ſed latratibus tantū ſonantes:rictibuſque.
Apud Theſiam legitur quaſdam fœminas ibi ſemel tātū
parere:natoſque canos ilico fieri. Eſſe rurſum gentem al-
teram quæ in iuuenta cana ſit:nigreſcat in ſenectute ultra
æui noſtri terminos perennantem. Legimus monoculos
quoque ibi naſci ſingulis cruribus: & ſigulari pernicitate.
qui ubi defendi ſe uelint a calore : reſupinati plātaꝝ ſuaꝝ
magnitudine inumbrentur. Gangis fōtem qui accolunt:
nullius ad eſcam opis indigent : odore uiuunt pomorum
ſilueſtrium: lōgiuſq; pergentes eadem illa in præſidio ge-
runt: ut olfactu alāt̄. ꝙ ſi teriorem ſpiritum forte traxe-
rint:exanimari eos certum eſt. Perhibent eſſe & gentem
fœminarum:quæ quinquennes cōcipiūt:ſed ultra octauū
annū uiuēdi ſpatium nō perferunt. Sunt & q ceruicibus
carent: & in humeris habent oculos. Sūt q ſilueſtres hirti
corpora caninis dētibus ſtridore mirifico. Apud eos uero
quibus ad uiuendi rationē exactior cauſa eſt : multæ uxo-
res in eiuſdem uiri coeunt matrimonium:& cum maritus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

deceſſerit ſuam apud grauiſſimos iudices quæque de me-
ritis agunt cauſam:& quæ officioſior cæteris ſententia ui-
cerit iudicantium:hoc palmæ refert premium: ut arbitrio
ſuo aſcendat rogum cõiugis:& ſupremis eius ſemetipſam
det inferias. cæteræ cum nota uiuunt. Enormitas in ſer-
pentibus tanta eſt: ut ceruos & animantium alia ad paré
molem hauriant. quinetiam oceanum indicum penetrét:
inſulaſque magno ſpatio a continéti ſeparatas populádi
petant gratia. Idque ipſum eſt non qualibet magnitudíe
euenire:ut per tantam ſoli latitudinem ad loca permeent
deſtinata. Sunt illic multæ ac mirabiles beſtiæ: quarum
e multitudine & copia uel particulam ꝑſequamur. Leu-
crocota uelocitate præcedit feras uniuerſas : ipſa aſini feri
magnitudine: cerui clunibus : pectore ac cruribus leonis:
capite camelino:biſulca ungula: ore aduſque aures dehi-
ſcente:dentium locis oſſe perpetuo. Hoc quo ad formá.
Nam uoce loquentium hominum ſonos æmulatur. Eſt
& æle alias ut equus:cauda elephãti:nigro colore:maxillis
aprinis:præferens cornua ultra cubitalem modum longa
ad obſequium cuius uelit motus accommodata. neqꝫ.n.
rigent:ſed flectuntur:ut uſus exigit prœliandi:quoꝝ alte-
rum cum pugnat prætendit : alterum replicat : ut ſi ictu
aliquo alterius acumen obtuſum fuerit: acies ſuccedat al-
terius. hippopotamis comparatur : & ipſa ſane aqs flu-
minum gaudet. Indicis tauris color fuluus eſt : uolucris
pernicitas:pilus in contrarium uerſus:hiatus omne quod
caput. Hi quoque circunferunt cornua flexibilitate qua
uolunt: tergi duricie omne telum reſpuente : tam immiti
feritate ut capti animas ꝓiciant furore. Manticora quo-
que nomine íter hæc naſcitur triplici dentiũ ordíe coeũte
uicibus alternis: facie hominis: glaucis oculis: ſanguineo
colore : corpore leonino : cauda uelut ſcorpionis aculeo
ſpiculata:uoce tam ſibila ut imitet̃ modulos fiſtularum.



humanas carnes auidiſſime affectat. pedibus ſic uiget:ſal-
tu ſic poteſt: ut morari eam nec extétiſſima ſpatia poſſit:
nec obſtacula latiſſima. Sunt præterea boues unicornes:
ſolidis ungulis nec bifidis. Sed atrociſſimum eſt mono-
ceros mõſtrum mugitu horrido:equino corpore:elephãtis
pedibus : cauda ſuilla : capite ceruino : cornu eius media
fronte prætenditur ſplendore mirifico ad magnitudinem
pedum quattuor: ita acutum : ut quicquid impetat facili
ictu perforetur. uiuus non uenit in hominum poteſta-
tem.& interimi quidem poteſt : capi autem non. Aquæ
etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad trice-
nos pedes longas educat ganges : quem Statius Seboſus
inter præcipua miracula ait uermibus abundare cæruleis
nomine & colore. Hi bina habent bracchia longitudinis
cubitorum non minus ſenum. adeo robuſtis uiribus : ut
elephantes ad potum uentitantes mordicus comprehéſos
ipſorum manu rapiãt in profundum. Indica maria bale-
nas habent ultra ſpatia quattuor iugerum. Sunt & quos
fuſeteras nuncupant:qui enormes ſupra molem ígétium
columnarum ultra ãténas ſe nauium extollũt:hauſtoſqꝫ
fiſtulis fluctus ita eructant: ut nimboſa alluuie plerunqꝫ
deprimant alueos nauigantium. Sola india mittit auem
pſitacum colore uiridem:torque puniceo:cuius roſtri tãta
duritia eſt: ut cum e ſublimi præcipitatur in ſaxum : niſu
ſe oris excipiat:& quodam quaſi fundaméto utatur extra-
ordinariæ firmitatis. Caput uero tam ualens:ut ſiquãdo
ad diſcendum plagis ſit admonédus (nam ſtudet ut quod
homines loquatur) ferrea clauicula ſit uerberandus. Nam
cum í pullo eſt aut intra alterum ætatis ſuæ annum: quæ
monſtrata ſũt:& citius diſcit:& retinet tenacius:paulo ſe-
nior & obliuioſus eſt & ídocilis. Inter nobiles & plebeios
diſcretionem facit digitorum numerus. Qui præſtant
quinos in pede habent digitos:cæteri trinos. Lingua lata:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

multoque latior q̄ cæteris auibus: unde perficitur: ut articulata uerba penitus eloquatur. Quod ingenium ita delitiæ romanæ miratæ ſunt: ut barbari pſitacos mercē fecerint. Indorum nemora in tam proceram ſublimantur excelſitatem: ut tranſiaci nec ſagittis quidem poſſint. Pomaria ficos habent : quarum caudices in orbem ſpatio ſexaginta paſſuum extuberantur. Ramorū umbræ ābitu bina ſtadia conſumunt. Foliorum latitudo formæ amazonicæ peltæ comparatur. Pomum eximiæ ſuauitatis. Quæ paluſtria ſunt: arūdinem ita craſſam creant: ut fiſſis internodiis lembi uice uectitet nauigantes. E radicibus humor dulcis exprimitur ad melleam ſuauitatem. Tylos indiæ inſula eſt. ea fert palmas: oleam creat: in uenis abūdat: terras omnes hoc miraculo ſola uincit: q̄ quæcunque in ea arbor naſcitur: nunq̄ caret folio. Ibi mons caucaſus: qui maximam orbis partē perpetuis iugis penetrat. Frōte qua ſoli eſt obuerſus: arbores piperis oſtentat: quas ad iuniperi ſimilitudinem diuerſe fructus edere aſſeuerāt. Eoꝝ qui primus erumpit: uelut corylorum fimbria dicitur pip longum. quod incorruptum eſt : piper album. quorum cutem rugoſam & torridam calor fecerit: piper nigrum. q demum caducus torretur feruido ſole: uocamen trahit de colore. at quod ex ipſa arbore ſtringitur: ut eſt album pip dicitur. Sed ut piper ſola india: ita hebenum ſola mittit. nec uniuerſa: uerū exigua ſui pte ſiluis hoc genus edit. Arbor ē plerūq; tenuis: ſed frequētior uimine raro ī craſſitudinē caudicis extuberata: hiulco cortice & admodū reticulato: dehiſcētibus uenis adeo: ut p ipſos ſinus ps ītima uix tenui libro cōtegat̃. Lignū ōe abſq; mediali: eadē ferme & facie & nitore q ē ī lapide gagate. Indi reges ex eo ſceptra ſumūt: & q̄ſcūq; deoꝝ imagīes nō niſi ex hebeno hn̄t. Idē ferūt materia iſta liquorē nō cōtīeri: & qcqd maleficū fuerit: tactu eius auerti. hac gr̄a pocula ex hebeno hn̄t.



Ita nihil mirum ſi pergere ſit in precio: quo etiā hi quibus prouenit honorātur. Hebenum ex īdia mithridatico triumpho romæ primū Pōpeius Magnus exhibuit. Mittit india calamos odoratos & multa alia fragrantia mirifici ſpiritus ſuauitatem. Indicorum lapidum ī adamātibus prima dignitas: utpote q lymphationes adimant: uenenis reſiſtant: mentium uanos metus pellunt. Hæc primū de his prædicari oportuit: quæ reſpicere ad utilitatē uidebāus. Nunc reddemus quot & quæ adamantum ſint ſpecies: & qs color cuiq; eximius. In quodam cryſtalli gn̄e īuenit̃ materia in qua naſcitur adeque ſimilis: ſplēdore liqdiſſīo in mucronem ſexangulū utrinq; ſecus leuiter turbinatus: nec unq̄ ultra magnitudinem nuclei auellani repit̃. Huic proximus in excellētiſſimo auro deprehenditur: pallidior ac magis ad argenti colorē renitens. Tertius in uenis cypri apparet propior ad aeriam faciem. Quartus in metallis ferrariis legitur: pondere cæteros antecedens: non tamē et poteſtate. Nam & hi qui in cypro deprehenduntur: frāgi queunt: plæriq; etiam adamante altero perforantur. At illi quos primos ſignificamus: nec ferro uincūtur: nec igni domantur. Veruntamen ſi diu ſint in ſanguine hyrcino macerātur: nec aliter q̄ ſi calido uel recenti maleis aliquot ante fractis & incudibus diſſipatis aliquando cædūt: atq; in particulas diſſiliunt. quæ fragmēta ſculptoribus ī uſū inſigniēdæ cuiuſq; modi gemmæ expetuntur. Inter adamantem & magnetem eſt quædā naturæ occulta diſſēſio: adeo ut iuxta poſitus non ſinat eam rapere ferrum: uel ſi admota magnes ferrum traxerit: quaſi prædam quandam adamas magneti rapiat: atq; auferat. Lychnitē pinde fert india: cuius lucis uigorem flagrantia excitat lucernarum. qua ex cauſa lychniten græci nominauerunt. Duplex ei facies. aut ī purpuræ emicat claritatem: aut meracius ſuffunditur croci rubore. Per omne intimum ſui ſiquidem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

pura ſit ioffēſam admittit perſpicuitatem. at ſi excanduit
radiis ſolis icita: uel ad calorem digitoꝝ attritu excitata ē:
aut palearum caſſa: aut charthaꝝ fila ad ſe rapit cōtūacitet
ſculpturis reſiſtens. at ſiquando inſignita eſt: dum ſigna
exprimit quaſi quodā animali morſu partē cæræ retētat.
Beryllus in ſexangulas formas indi atterunt: ut hebetem
coloris leuitatē angulorum repercuſſu excitēt ad uigorē.
Beryllorum genus diuiditur in ſpeciem multifariam. Exi-
mius interuirente & glauci & cæruli tēperamento quādā
præfert puri maris gratiam. Infra hos ſunt chryſoberylli
qui languidius micantes nube aurea circunfunduntur.
Chryſopaſſos quoq; ex auro & purpuraceo mixtam lucē
trahentes æque beryllorum generi adiudicant. Hiacyn-
thizontas ſcilicet qui hiacynthos prope referant: & ipſos
probant. Eos uero qui cryſtallo ſimiles capillamentis īter-
currentibus obſcurantur (hoc enim uitio illorum nomē ē)
ſcientiſſimi lapidū plebi dederunt. Indici reges hoc gēus
gemmarum in longiſſimos cilydros amāt fingere: eoſque
perforatos elephantorum ſetis ſuſpendunt ac monilia
habēt: uel pleꝝq; ex utroq; capite inſertis aureis umbilicis
incendunt ad pinguiorem nitelā: ut per induſtriā metallo
hīc inde addito fulgentiorem trahant lucē.

Taprobane: in ea de qualitate hoīum & moribus: de
ſyderibus cæli eius: de nauigatiōibus: de q̄litate maris: de
margaritis. Cap. Lxvi.

t Aprobanem īſulam anteq̄ temeritas hūana exqſito
penitus mari fidem panderet: diu orbem alteꝝ pu-
tauerūt: & qdē quem habitare eachites crederent. Verum
Alexādri Magni uirtus ignorantiā publici erroris nō tulit
ulterius permanere: ſed in hæc uſq; ſecreta propagauit
nominis ſui gloriā. Miſſus igitur Oneſicritus præfectus
claſſis macedonicæ terram iſtam q̄ta eſſet: quid gigneret:
quomodo haberet exquiſitam noticiæ noſtræ dedit. Patet

ī lōgitudīe ſtadioꝝ ſeptem miliū: ī latitudīe q̄nq; miliū.
Scinditur amne interfluo. Nā ps eius beſtiis & elephātis
plena eſt maioribus multo q̄ fert india: partem homines
tenent. margaritis ſcatet & gemmis ōibus. Sita eſt inter
ortū & occaſum. ab eoo mari īcipit prætēta īdiæ. A praſia
īdoꝝ gente dieꝝ uiginti prīo ī eā fuit curſus: ſed cum pa-
pyraceis et nili nauibus illo pergeretur: mox curſu noſtraꝝ
nauium ſeptem dierum iter factum eſt. Mare uadoſum
interiacet altitudīs non amplius ſenū paſſuum. certis aūt
canalibus depreſſū adeo: ut nullæ unq̄ anchoræ ad ꝓfūda
illius fundamenta potuerīt ꝑuenire. Nulla in nauigādo
ſydeꝝ obſeruatio: utpote ubi ſeptētriōes nequaq̄ uidentꝰ:
uergiliæ nunq̄ apparēt. lunā ab octaua ī ſextamdecimam
tātum ſupra terrā uident. Lucet ibi canopos ſydus clarū
& ampliſſimum. orientem ſolem dextra habent: occidētē
ſiniſtra. Obſeruatiōe itaq; nauigādi nulla ſuppetente ut
ad deſtinatum pergentes locum capiāt: uehunt alites: q̄ꝝ
meatus terram petentium magiſtros hn̄t curſus regendi.
Quaternis nō āplius mēſibus ī āno nauigatur. In Claudii
ꝑīcipatu de taprobane hæc tātum noueramus. Tunc. n.
fortuna patefecit ſcientiæ uiā latiorem. Nā libertus Annii
Plocanii q tunc rubri maris uectigal admīſtrabat: arabiā
petens aqlōibus præter germaniam raptus quītodecimo
demum die appulſus eſt ad hoc littus: portūq; aduectus:
qui hyppurus noīatꝰ. ſex demum menſibus ſermonē per-
doctus: miſſuſq; ad colloquia regis quæ cōperat reporta-
uit. Stupuiſſe ſcilicet regem pecuniā quæ cum ipſo erat
capta: ꝙ tametſi ſignata diſꝑibus foret uultibus: parē tn̄
hr̄et modum ponderis: cuius æqualitatis contemplatione
cu romanā amicitiā flagrātius cōcupiſſet: Thracia pricipe
legatos ad nos uſq; miſit: a qbus cognita ſūt uniuerſa. Er-
go īde hoīes corpoꝝ magnitudīe cæteros ātecedūt: crines
ſucco imbuunt: cærulis oculis ac truci uiſu: terrifico ſono

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

uocis. Quibus immatura mors eſt: in ãnos centum æuũ trahunt: aliis omnibus annoſa ætas: & pene ultra huanã extenta fragilitatem. Nulli aut ante diem ſomnus aut p diem. Noctis partem quieti deſtinant: lucis ortũ uigilia anteuertunt. Aedificia modice ab humo eleuata. annona ſemper eodẽ tenore. uites neſciunt. pomis abundãt. colũt Herculem. In regis electione non nobilitas præualet: ſed ſuffragium uniuerſorum. Populus enim eligit ſpectatũ moribus & inueterata clæmentia & annis grauẽ. Sed hoc in eo quæritur cui liberi non ſint. nam ſi pater: etiã ſi uita ſpectetur: non admittitur ad regnandum. Et ſi forte dũ regnat pignus ſuſtulit: exuitur poteſtate. idque maxime cuſtoditur: ne fiat hæreditarium regnum. Deinde etiam ſi rex maximã præferat æquitatem: nolunt ei totũ licere. quadraginta ergo rectores accipit: ne ĩ cauſis capitũ ſolus iudicet: q̃q̃ ſic quoq; ſi diſplicuerit iudicatum: ad populũ prouocatur: a quo datis iudicibus ſeptuaginta fert ſẽtẽtia cui neceſſario acquieſcitur. Cultu rex diſſimili a cæteris ueſtitur ſyrmate: ut ẽ habitus: quo Liberum patrẽ amiciri uidemus. Quod ſi ipſe etiam in peccato aliquo arguitᷣ: morte mulctatur: non tamẽ ut cuiuſq̃ attrectetur manu: ſed conſenſu publico rerum omnium interdicta facultate etiam colloquii poteſtas punito denegatur. Cultã ſtudet uniuerſi. Venatibus indulgent: nec plebeias agũt prædas: quippe cum tigrides aut elephanti tantum requirantur. Maria quoque piſcationibus inquietant. Marinas etiam teſtudines capere gaudent: quarum tanta eſt magnitudo ut ſuperficies earum domum faciat: & numeroſã familiã non arcte receptet. Maior pars inſulæ huius calore ãbuſta eſt: in uaſtas deſinit ſolitudines. Latus eius mare alluit peruiridi colore fruticoſum ita: ut iubæ arborum plerũq; gubernaculis atterãtur. cernunt latus ſericum de montiũ ſuorum iugis. mirantur aurum: & ad gratiam poculorum

omnium gemmarum adhibẽt apparatũ. ſecant marmora teſtudinea uarietate. Margaritas legunt plurĩas. Marinæ enim conchæ ſunt: in quibus hoc genus lapidum reqritᷣ: quæ certo anni tempore luxuriante conceptu ſitiunt rorẽ uelut maritum: cuius deſiderio hiant: & cum maxime liquitur lunaris imber: oſcitatione quadã hauriunt hũorẽ concupitum: ſic concipiunt: grauidæq; fiunt: & de ſaginæ qualitate reddunt habitus unionum. Nam ſi purꝫ fuerit quod acceperint: candicãt orbiculi. ſi turbidũ: aut pallore languent: aut ruffo innubilantur. ita magis de cælo q̃ de mari partus habent. Deniq; quotiens excipiunt matutini aeris ſemen: fit clarior margarita. Quotiens ueſperei: fit obſcurior. q̃to magis hauſerit: tãto magis ꝓficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruſcatio: intẽpeſtiuo metu comprimuntur: clauſæq; ſubita formidine uitia cõtrahunt abortiua. aut enim perparuuli fiunt ſcrupuli aut inanes. Conchis ipſis ineſt ſenſus: partus ſuos maculari timent: cumq; flagrantioribus radiis excanduit dies: ne fuſcẽtur lapides ſolis calore: ſubſidunt in profundum: & ſe gurgitibus ab æſtu uendicant. Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur: nam candor ſenecta diſperit: & grandeſcentibus conchis flaueſcit margarita. In aqua mollis eſt unio: duratur exemptus. Nunq̃ duo ſimul reperiuntur. inde unionibus nomen datum. Vltra ſemunciales ĩuẽtos negant. Piſcantium inſidias timent conchæ: unde eſt: ut aut inter ſcopulos aut inter marinos canes plurimum deliteſcant. Gregatim natant: certus examini dux ẽ. Ille ſi captus ſit: etiam qui euaſerint in plagas reuertuntur. Dat & india margaritas dat etiam littus britannicũ: ſicut diuus Iulius thoracem quem Veneri genitrici in templo eius dicauit: ex britannicis margaritis factum ſubiecta inſcriptione intelligi uoluit. Loliam Paulinam Caii prĩcipis coniugem uulgatum eſt habuiſſe tunicam ex margaritis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſeſtertio tunc quadringenties æſtimatam : cuius parandæ auaricia pater ipſius Manlius ſpoliatis orie͂tis regio͂ibus offendit Caium Cæſarem Auguſti filium : interdictaque amicitia principis ueneno interiit. Illud quoq; expreſſit uetus diligentia: q̄ ſyllanis primum temporibus romam illati ſunt uniones.

Itinerarium indicum. Cap. Lxvii.

a B inſula auſea ut conſequens ad continente͂ igitur a taprobane indiam reuertamur: conuenit res i͂dicas uidere. Sed ſi indicis aut urbibus aut natio͂ibus i͂ſiſtamus: egrediemur repromiſſæ concinnitatis modum. Proxima͂ indo flumini urbem habuere caphiſam: qua͂ Cyrus diruit. Arachoſiam erimantho flumini impoſitam Semiramis condidit. Cadruſia oppidum ab Alexandro Magno ad caucaſum conſtitutum eſt : ubi & alexandria quæ patet amplitudine ſtadia. xxx. Multa & alia ſunt: ſed hæc cum eminentiſſimis. Poſt i͂dos montanas regiones ictyophagi tenent: quos ſubactos Alexander Magnus ueſci piſcibus uetuit. Nam antea ſic alebantur. Vltra hos deſerta carmaniæ perſis. deinde atq; ita nauigatio: in q̄ ſolis inſula rubens & omni anima͂tium generi inacceſſa. quippe quæ nullum non animal illatum perimat. Ex india reuerte͂tes ab azanio carmaniæ flumine ſeptentriones primu͂ uide͂t. Achemenidis in hoc tractu ſedes fuerunt. Inter carmaniæ promontorium & arabiam quinquaginta milia paſſuum interiacent. Deinde tres inſulæ : circa quas hydri marini egrediuntur uicenum cubitorum longitudinem. Dice͂du͂ hoc loco quatenus ab alexa͂dria ægypti pergat̃ uſq; india͂. Nilo uehente copton uſq; indiam eteſiis fla͂tibus curſus eſt. deinde terreſtre iter hydreum tenus. Poſt tranſactis aliquot ma͂ſionibus berenicen perue͂itur: ubi rubri maris portus eſt: inde ocelia arabiæ portus ta͂git̃. Proximu͂ i͂dia emporium excipit zmirim infame piraticis latronibus.

Deinde per diuerſos portus cottonare peruenitur: ad qua͂ monoxolis lintribus piper conuehunt. Petentes india͂ a͂te exortum canis aut protinus poſt exortum nauigia media æſtate ſoluunt. reuertentes renauigant decembri menſe. Secundus ex india uentus eſt uulturnus. At cum uentu͂ eſt in rubrum mare: aut africus aut auſter uehunt. Spatiu͂ indiæ: decies ſepties centena qui͂quaginta milia paſſuum proditur: at carmaniæ centum milia: cuius pars non caret uitibus. Præterea habet genus hominum: qui non alia q̄ teſtudinis carne uiuunt : hirſuti omnia facie tenus: quæ ſola leuis. Iidem coriis piſcium ueſtiuntur: chelonophagi cognominantur.

Si͂us p̄ſicus & arabicus: azaniu͂ mare: p̄ſis. Ca. Lxviii.

i Rrumpit hæc littora mare rubru͂ : idq; i͂ duos ſinus ſcinditur: quorum qui ab oriente eſt perſicus noiat̃: quoniam quidem oram illam habitauere perſidis populi uicies & ſexagies centena milia circuitu pate͂s. Ex aduerſo unde arabia eſt: alter arabicus uocatur. oceanum uero qui ibi influit: azamum noi͂auerunt. Carmaniæ p̄ſis a͂nectit̃: quæ incipit ab inſula afrodiſia uariarum opum diues tra͂ſlata i͂ parthicum nomen littore quo occaſui obiacet porrecta milia paſſuum quinquaginta. Oppidum eius nobiliſſimum ſuſa: in quo templu͂ ſuſæ Dianæ. A ſuſis arbile ſiue barbite oppidum. cxxxv. milibus paſſuum diſtat : in quo mortales uniuerſi odio auri coemunt hoc genus metalli: & abiiciunt i͂ terrarum profunda: ne polluti uſu eius auaritia corrumpant æquitatem. Hinc inco͂ſtantiſſimus eſt terrarum modus: nec immerito cum aliæ circa perſide͂ nationes ſchoinis: aliæ paraſangis terras metia͂t̃: & inceta͂ fidem faciat menſuræ ratio diſcors.

Parthia. Cap. Lxviiii.

p Arthia quanta omnis eſt: a meridie rubrum mare: a ſeptentrione hyrcanum ſalum claudit. Regna in ea

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

duodeuiginti diſſecantur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur ſuperiora : incipiũt ab armenico littore & caſpio limite porrecta ad terram ſcytharum : cũ qbus cõcorditer degunt. Reliqua ſeptem inferiora (ſic enim uocitantur) habent ab ortu uarios arianoſq; : carmaniamque a medio die : mœdos ab occidui ſolis plaga : a ſeptẽtriõe hyrcanos. Ipſa autẽ mœdia ab occaſu tranſuerſa utraque parthiæ regna amplectitur : a ſeptentrione armenia circundatur : ab ortu caſpios uidet : a meridie perſidem. Deĩde tractus hic procedit uſq; ad caſtellum : quod magi obtinent phydaſarcida nomine. Hic Cyri ſepulcrum.

Babylonia : recurſus ad oceanũ atlãticũ : ĩ quo heſpidũ inſulæ : fortunatæ item inſulæ. Cap. Lxx.

c Haldææ gentis caput babylonia eſt tam nobilis : ut propter eam aſſyrii : & meſopotamii in babyloniæ nomen tranſierint. Vrbs eſt .lx. milia paſſuum circuitu patens. muris circũdata : quorum altitudo ducetos pedes detinet : latitudo quinquaginta : in ſingulos pedes ternis digitis ultra q̃ mẽſura nr̃a eſt altioribus. Interluit̃ eufrate beli Iouis templum : quem inuentorem cæleſtis diſciplĩæ tradit etiam ipſa religio : quæ deum credit. In æmulationẽ urbis huius ctesiphontem parthi condiderunt. Tempus eſt ad oceani oras reuerti repreſſo in æthiopiã ſtilo. Nãq; ut atlanticos æſtus accipere ab occidẽte & hiſpania dudũ dixeramus : ab his quoque partibus mundi unde primum atlantici nomen induat exprimi par eſt. Pelagus azamũ uſque ad æthiopum littora promouetur. æthiopicum ad maſſilicum promontoriũ : unde rurſus oceanus atlãticus. Iuba igit̃ uniuerſæ partis : quã plurimi ꝓpter ſolis ardorẽ peruiam negauerunt : facta etiam uel gentium uel ĩſularꝝ cõmemoratione ad cõfirmãdæ fidei argumentũ : õe illud mare ab india uſque ad gades uoluit intelligi nauigabile : chori tamen flatibus : cuius ſpiritus præter arabiã ægyptũ



mauritaniã uehere q̃uis queant claſſẽ : dũmodo ab eo promontorio indiæ curſus dirigatur : quod alii leptenacram alii drepanum noĩauerunt. Addidit & ſtationum loca : & ſpatiorum modum. Nã ab indica prominentia ad malicũ inſulam affirmant eſſe quindecies centena milia paſſuũ : a malico ad ſcheneon ducenta .xxv. milia. Inde ad inſulã adanũ centũ qnquaginta milia. Sic confici ad apertum mare decies & octies centena & ſeptuagintaquiq; milia. Idem opĩone plurimorꝝ : q̃ ſoli flagrãtia maxĩa pars iſtius fert̃ hũano generi inacceſſa : ſic reluctat̃ : ut mercantiũ ibi tranſitus infeſtari ex arabicis inſulis dicat : quas aſcythæ habẽt arabes : quibus herenata datum nomẽ. Nã bubulis utribus contabulatas crates ſupponũt : uectatiq; hoc ratis genere prætereuntes infeſtant ſagittis uenenatis. Habitari etiã æthiopiæ aduſta trogloditarꝝ & icthyophagorꝝ natiõibus : quorꝝ trogloditæ tanta pernicitate pollẽt : ut feras q̃s ſagittant ipſi curſibus pſequãt̃. Ictyophagi non ſecus q̃ marinæ belluæ nãdo in aqua ualent. Ita exqſito atlãtico mari uſq; occaſum etiã gorgadũ meminit inſularꝝ. Gorgades ut accipimus obuerſæ ſũt ꝓmõtorio : quod uocãus heſperuceras. Has incoluerunt gorgones monſtra : & ſane adhuc monſtruoſa gens habitat. diſtant a continẽti bidui nauigatione. Prodidit denique Xenophon lampſacenus Harmenopẽ regẽ in eas permeauiſſe : repertaſq; ibi fœĩas aliti pnicitate : atq; ex õibus quæ apparuerũt duas captas tã hirto atq; aſpero corpore : ut ad argumentũ ſpectandæ rei duarꝝ cutes miraculi gratia inter donaria Iunonis ſuſpenderint : quæ durauere uſq; in tempora excidii carthaginenſis. Vltra gorgodas heſperidũ inſulæ (ſicut Seboſus affirmat) dierum .xl. nauigatione in intimos maris ſinus receſſerunt. Fortunatas contra læuã mauritaniæ tradunt iacere : quas Iuba ſub meridie quidem ſitas : ſed proximas occaſui dicit. De harũ nominibus expectari magnũ mirꝝ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

reor:ſed infra famam uocabuli res eſt. In prima earum cui nomen eſt embriona: ædificia nec ſunt nec fuerunt. Iuga mõtium ſtagnis madeſcunt. Ferulæ ibi ſurgũt ad arboris magnitudinem. earum quæ nigræ ſunt: expreſſæ liquoré reddunt amariſſimũ: quæ candidæ aquas euomunt etiã potui accommodatas. Alteram íſulá iunoniam appellari ferunt: in qua pauxille ædes ignobiliter ad culmen faſti-giata. Tertia huic proxima eodem nomine nuda omnia. Quarto loco capraria appellat᷑ enormibus lacertis plus q̃ referta. Seq᷑ niuaria aere nebuloſo & coacto: ac ꝓpterea ſemper niualis. Deĩde canaria repleta eſt canibus forma eminẽtiſſimis: unde duo etiã exhibiti ſũt Iubæ regi. In ea ædificioꝝ durant ueſtigia: auiũ magna copia: nemora po-mifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mellaceo: amnes ſyluris piſcibus abũdãtes. Perhibẽt etiã expui ĩ eã undoſo mari belluas: deĩde cũ mõſtra illa cum putredĩe tabefacta ſũt: oĩa illic ĩfici tetro colore. Ideoque nõ penitus ad nũcupationé ſui cõgruere íſulaꝝ q̃litatem.

IVLII SOLINI DE SITV ORBIS ET ME-
MORABILIBVS QVAE MVNDI AMBITV
CONTINENTVR LIBER IMPRESSVS
VENETIIS PER NICOLAVM IENSON
GALLICVM .M.CCCC.LXXIII.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA